



Handwritten text at the bottom right corner, possibly a signature or date, appearing to read "1861" and "Mass".

17. 20

Alfred Jay

e. l.
n. 56.





Ad usum Sr Joannis Pape



LE
AD

hi
fec
en
cu
de
qu
N
&
q
au
ta
It
q
m
ta
u
e
p
n
h
e
c

LEONARDI ARETINI DE BELLO ITALICO
ADVERSUS GOTTHOS.

ETSI LONGE IVCVNDIVS MI
hi fuiss& Italiae foelicitatem q̄ clades
referre: tamen quia tēpora sic tulerūt
sequemur & nos fortunæ mutabilita-
tem Gotthorūq; inuasionem: & bellū
quo Italia tota pene euerfa fuit: in
his libris describemus. Dolorosam p̄fecto materiam:
sed pro cognitione illoꝝ temporum necessariam. Neq;
enim Xenophontem atheniensem sūmo ingenio uirū
cum obsidionem & famem ac diruta moenia athenarū
descripsit non dolenter id fecisse reor: Scripsit tamen
quia utile putabat illarū rerū memoriam non deperire.
Neq; Liuius noster cum urbem romam a Gallis captā
& incendiis conflagratam refert minorē meretur laudē:
q̄ cū. P. Aemilii triūphū illū præclarū de Macedonibus
aut. P. Africani uictorias enarrat. Historiæ quippe est:
tā p̄speras q̄ aduersas res monimentis litterarū mādare.
Itaque optanda quidem meliora sunt: scribenda uero
quæcunq; cōtigerint. Me certe hæc ipsa scribentem q̄q̄
multa pro sigulari amore meo erga patriam cōturbāt:
tamen illa ratio consolatur: q; etsi res tunc maxime ad-
uersas Italia perpeffa fuit: ad extremum tamē supatriæ
externarū gentium nostrarū ad usq; ætatē terra mariq;
potentissima remansit. Ciuitatesque in ea ornatissime
magnis opibus magnaq; auctoritate uiguerūt hæctenus:
hodieq; uigent: quarum gloria & iperium longe lateq;
extenditur: ut non tam igemiscendum sit pro his quæ
tunc acciderunt q̄ lætādū. Ceu Hercule magni labores
celebratioꝝ fecere q̄ si nunq; tam periculose laborass&.

~ Xenophon ~

~ Liuius.



Taceo morum elegātiā humanitatēq; præcipuam
ac bonarū artium disciplinas: in quibus parens simul &
alūna incōparabilis Italia reperit'. Sed commēdatiōis
aliud fuerit tēpus. Huius autē belli quod nūc scripturi
sumus nulla apud latinos notitia supererat: fama tan-
tū modo quædā & ea ipsa tenuis admodum & obscura
ferebatur. Belisariū & Narsetem Iustiniani duces got-
thos italia pepulisse: ubi uero uel quomodo uel quibus
rebus gestis nihil penitus sciebat'. Nobis autē ex græcorū
commentariis earum rerū notitia fuit. Itaq; ut alia satis
multa: sic etiam hæc iā plane oblitterata ad cognitionē
nostrorū hominū reducere studuimus. Atq; eo libētius
fecimus q̄ cæteræ qdē historiæ de alienis rebus fere exi-
stunt. Hæc autē tota de nostris est. In qua operæ præciū
fuerit quæ tūc p̄ italiā urbes: qui populi: quæ cōditio
rerū esset & cognoscere: quæ obsessæ urbes quæ expugnatae
ac uictæ: & quibus in locis prælia cōmissa. Hæc enī oīa
& scire pulcherrimū ē: & ignorare turpissimū. Diligētis
siqdem uiri est patriæ suæ originem & progressum &
quæcūq; illi per sup̄iora tēpora cōtigerit nō ignorare.
Hab& præterea historiæ cognitio uoluptatem animi
permaximam cum omnes natura scire cōcupiscant: &
utilitatem plurimam p̄ exempla similium cœptorum
atque exituum multarum rerum iñstructionē: qua senes
adolescentibus sapientiores existimantur quoniā plura
cōspexerunt in uita: & non ex suis tātum uerum etiam
ex alienis periculis cautiōres effecti melius iudicāt me-
lioraque consilia assumunt. Opes uero atque imperia
maximorum regum potentissimorumq; populorū qui
usq; adeo faciliter corruisse leguntur: hi q̄ stultum sit
iñtelligūt p̄ illis sup̄bire ac gloriari quæ nemo exploratū
habere potest usque ad uesperas esse duratura. Ita &

2
sapiētiores & modestiores nos historia efficit. Ego igit̄
reuerendissime pater hos libros ad te mittere constitui
ut & amorem meum erga te præcipuum recognoscas:
& iudex existas laborum nostrorum: quos ita demum
recte suscepisse putabo si a te homine doctissimo ac sa-
pientissimo probabunt. Præcipium uero narrandi hinc
potissimum assumemus.

LEONARDI ARETINI DE BELLO ITALICO
ADVERSUS GOTTHOS LIBER PRIMVS.



LEONONE Romano præcipè imperante
Gotthi Theoderico duce inuadere ita-
liam statuerunt iam pridem afflictam
uariis barbarorum incursionibus: & tunc
Odoacri tyrannide occupatam quibus de
rebus dicere aggrediemur: paulo su-
perius conditionem illorum temporum repetentes: ut unde ortus
sit gotthorum aduentus & quibus de causis spem inuadendi
susceperit innotescat. Post Valentiniani iunioris mortem
quem romæ interfectum a suis constat occidentale imperium
uacillare coepit: & quodammodo exinaniri. Erant uero
per id tempus in italia permagna externarum gentium
copiarum aduersus terrorem Attilæ nuper a Valentiniano
comparatarum: & postea contra uandalos a romanis adiunctarum.
Hi cum afflictas opes ac uacillationem imperii uiderent
audaciam exinde sumentes ac simul conspirantes partem
agrorum tertiam sibi per italiam tribui postularunt. Nomen
imperii ad Augustulum quendam romanum per id tempus
deuenerat: qui cum esset admodum puer ab Oreste patre
eius patre gubernabatur. Cum igitur partem agrorum exercitus
deposceret: Orestes autem uir prudens & grauis cum eorum

desiderio refragaret: milites eum interfecerunt. Moxq;
Odoacrum ducem secuti romā uenientes Augustulum
deposuerunt. Ipsiq; iam plane dominātes partē agroꝝ
tertiā sibi diuiserūt. Odoacer igit' per hunc modū dnāti-
onē adeptus suo & exercitus nomine ciuitates p libidiē
gubernabat. Zeno aut constātinopoli imperans ualde
suspectā hēre cœpit Theoderici potentiā. Gotthi enim
per superiora thraciæ loca degētes uexare iam cœperāt
uicinas regiones: ac minime quieturi aduersus romanū
imperium uidebant'. Itaq; quo se ac regiones finitimas
gotthorū metu liberarēt Theoderico suavit ut in italiā
trāsirēt: & ab iūstis occupatoribus ciuitates uindicarēt.
His ergo de causis ex thracia mouēs Theodericus got-
thos cū cōiugibus & liberis cumq; omnibus rebus suis
per siriniū & illyricum aliasq; regiones ducēs italiā
petiit: quā cum tandē ingressus esset Odoacri duces &
copiæ sibi obuiam fuere: primumq; inter eos prælium
fuit nō pcul Agleia sup fontium amnem: in quo post
acerrimā pugnam uictores gotthi Odoacri duces pro-
fligart. Post hæc cū urbes circūstantes gotthi cepissent
& copias hostium aliis locis profligasset: tandē in urbe
rauenna Odoacrum obsederunt. Hæc obsidio longius
remorata ē gotthos q̄ ipsi ab initio existimarant. Idque
accidit natura loci q̄ neque a mari faciliter obsideri ra-
uenna potest cum sit in ipso littore constituta: neq; a
mediterranea regione cū fossam hēat ex pado deriuatā
ac stagnis q̄busdam & paludibus coartet'. Itaq; gotthi
triennio ferme toto circa illam cōmorati cape nequeūt.
Finitima tamē rauēnæ oppida per hoc ipsum tempus
ceperūt oīa præter Cesenam: quæ & ipsa ualido Odoacri
præsidio tenebat'. Ad extremū uero fatigatis obsidenti-
bus & obsessis pactōe res cōposita fuit ut Theodericus

3

simul Odoacerq; socii dominationis essent. His pactis Theodericus & gotthi rauennā intrarunt: nec posthac ullæ partes italiae illi clausæ fuerūt: uey hæc regni societates nō diuturna permansit. Cum enim occultas iter se suspiciones hērent: præueniens Theodericus Odoacrū ad cœnam inuitatum occidit: solusq; cum gotthis per italiam dominat. Fuit aut̄ eius dominatio nō admodū dura & si partem agrorum ut nup̄ Odoacer diuiserat: pro suis retinuit. Cæterum ciuitates per se ipsas: ac per ciues suos gubernari permisit. Ipse uero sedem regni rauennæ constituit: ibiq; inhabitauit. Septem & triginta annis Theodericus in italia regnauit. Nec tamen iterea segnis ociosusq; permansit. Nam & siciliam totā cum oibus adiacentibus insulis regno adiunxit: & dalmatiā quoq; sibi subiectam fecit. Quinetiā per hæc ipsa t̄p̄a magno cum exercitu alpes rhodanumque transgressus in ulteriorem galliam contra francos transiuit. Itaque multa gessit hic rex: fuitq; nomen eius admodū celebre ac gloriosum: nisi q̄ extremo tēpore crudelitatis & sceleris infamiā subiit ob Symmachū & Boetiū senatores urbis romæ & alios quosdam præstantes uiros ab eo necatos suspicione dūtaxat affectatæ libertatis: Theoderico rege sine uirili prole defuncto Amuliusuēta filia tunc uidua existens cum Athalarico eius nato in regno successit. Erat uero Athalaricus admodum puer. Itaq; cura ac gubernatio tota reginæ incumbibat. Statī igit̄ regina pueri curam suscipiens litteris latinis erudiendū & moribus formandum curauit. Præceptores enim litterarū & quosdam ex gotthorum senioribus homines grauissimos & compositos circa puerum esse iusserat. Ipsa uero seuerè admodum gubernationem exercebat: prohibens gotthorū iniurias: nonnulla etiā Theoderici

facta retractans: & ad mitiorem formam reducēs: inter
quæ & illud fuit quod Boetii ac Symmachi filiis patri-
monia dudum a Theoderico publicata restituit: asserēs
eos falsis delationibus ac temere a rege creditis fuisse
damnatos. Theodatum uero consobrinum suum qui
magnas in tuscis possessiones habens multa uicinorū
prædia quasi p̄ tyrannidē occupauerat: ad restitutionē
ablatoꝝ faciendam cum acerba increpatione maligni-
tatis coegit. Hæc reginæ seueritas multos gotthoꝝ sibi
inimicos reddidit. Itaque simul conspirantes quidam
gotthorum proceres fouere puerum contra potentiam
matris statuerūt. Quare ad reginā ueniētes nō placere
gotthis dixerunt: ut rex eoꝝ sub magistris ac præcepto-
ribus uiuat: nec ut senioribus traditus obtemperet decere
magnum regē equos & arma: & iuuenum exercitia nō
seniorum frigiditatem aut magistrorum sedulitatem
meditari. His enī & corpus & animū regis effœminari:
illis aut uigorem & peritiam crescere. Non enim factū
esse regem ut disciplina litterarū populos doceat: sed
ut bello & armis potētiam extollat. Hæc & si reginam
non latebat quorsū tenderent: tamen ne refragari eoꝝ
postulationi uideretur cōcessit. Adolescēs q̄ æqualium
conuersationi traditus breui admodum tēpore in lasci-
uioꝝ uitam scortaꝝ & libidines ac cæteras huiusmodi
uoluptates trāsuectus ē. M̄ri uero usq̄ adeo repugnans
& aduersus propter malos suasores ut neque adire illā
neq̄ alloqui dignaretur. Regina igitur cum se per has
artes ab aduersariis oppugnari ac regno spoliari uideret
& non tulit dolorem ingentis spiritus fœmina: Sed tres
gotthorum proceres qui auctores suasoresque malorū
consilioꝝ puero erāt missis clam percussoribus occidi
fecit. Ipsa uero adolescēte sibi recōciliato gubernatōnē

4

resumpsit. Sed Athalaricus ex superiori uitæ lasciuia in
uarias ægrotationes lapsus decimo octauo ætatis anno
defunctus est. Regnauit autem Athalaricus una cum matre
post Theoderici mortem annis decem. Regina uero post
obitum filii commodius sibi processuram gubernationem
arbitrata si socium & adiutorem aliquem haberet: Theo-
datum consobrinum suum cuius supra mentionem fecimus
in consortium regni assumpsit. Erat autem Theodatus
litteris grecis latinisque liberaliter eruditus: multamque
Platoni operam & philosophiam impendebat. Ceterum natura
imbecillis & inconstans multis uiciis laborabat. Is ergo
ad regnum beneficio regine assumptus statim ingratitude
ac perfidia ostendit. Secreto enim cum inimicis regine
conspirans eam cepit: captamque in Vulsinii lacus insulam
relegauit. Nec multo post per filios agnatosque eorum quos
regina in seditione filii occidi fecerat: ut ipsa interficeret
permisit. Hæc tanta perfidia ac malignitas Theodati mul-
tos gotthorum turbauit: casumque regine indignum
& successionem Theoderici tam nefarie deletam misera-
bantur: nec multum a seditione aberant gotthi. Quæ
cum intellexisset Iustinianus imperator (ad hunc enim
post Zenonem & Anastasium & Iustinum deuenerat
imperium) tempus idoneum ratus italiæ liberandæ mentem
& cogitationem suam ad has partes conuertit. Inuitabat
insuper eum prosperitas imperii quæ paulo ante per Belisarium
ducem superatis bello uandalis africam illis abstulerat. Nec
ferendum iam sibi uidebatur ut contra decus imperii romani
& italiam occupari a barbaris patere. His rationibus
promotus oratoribus ad Theodatum missis restitui sibi
italiam & siciliam postulauit offerens in huius rei compensatio-
nem alias dignitates. Quod si non faceret bellum ut
expectaret edixit. Ea cum Theodatus detrectare uideret

A

non ultra cunctandum ratus imperator Belisarium in
siciliam transire cum exercitu iussit. In apparatu tamé
faciendo non in siciliam sed in africam missurum se
classem simulabat. Per idem quoq; tempus Mundum
quédam ducem cum aliis copiis dalmatiam inuadere
mandauit: ut hinc inde percussi gotthi facilius opprime-
rentur. Et Mūdus qdem dalmatiam ingressus salonas
occupauit: belloque & tumultu partes illas inuoluit.
Belisarius autem parata classe militibusque impositis
ī siciliam nauigauit. Habebat uero peditum delectorū
copias satis magnas: & insup equites eadem classe por-
tabantur. Præerant pedestribus copiis Constantinus
& Bessas & Herodianus: equitibus autem Valentinus
& Innocétius & Magnus: oīum uero dux & moderator
Belisarius. Secutus ergo Iustiniani præceptum cum se
carthaginem petere simular&: siciliæ per uiã applicuit:
Et quasi reficiendi sui causa in his locis descendit: sū-
ptoq; exinde tempore idoneo catinam urbem repente
adortus occupauit. Inde mox copias ostētās ac ppositū
aperiens nō multos post dies syracusas dedētibus sese
ciuibus suscepit. Post hæc mirabilis fuit uictoriæ cursus
dedētibus sese ciuitatibus atq; ultro uocātibus. Causa
uero huius erat siculorum in gotthos odiū & imperii
romani auctoritas & Belisarii præsetia: q cū a Vādalis
africam liberass&: idem factururus de gotthis p siciliã &
italiam sperabatur. Præterea gotthi nullos per siciliam
apparatus fecerāt: nec ibi futurū esse bellum putabāt.
Itaq; quicunq; per siciliam erāt gotthi: subita Belisarii
inuasione ac defectione ciuitatū attoniti de fuga ma-
gis q̄ de resistentia cogitarunt. Panormus sola quoniã
in ea urbe ualidum gotthorū erat præsidium obsidionē
expectauit & pertulit. Quæ cū a terra munitissia ess&

5

hostesq; contemner& classe in portu delata mari tādē
expugnata est. Portus enim usque ad mœnia patebat:
animaduersumq; fuerat a Belisario qbusdam in locis
malorū nauium altitudinem celsius attolli q̄ mœnia.
Quare sagittarii per malos dispositi subiectos hostes
sagittis & telis undique ferientes mœnia defensoribus
nudauerant: aliiq; subeuntes absq; ullo metu muros
cedebāt: quo periculo adducti hostes urbem dededere.
Hæc ciuitas ultima cunctarū siciliæ ciuitatum in pote/
statem deuenit. Recepta Panormo Belisarius Syracusas
reuersus ludos magnificos edidit: ac numisma ī multi/
tudinē disperfit. Erat enim extrema cōsulatus sui dies:
qui cōsulatus sibi traditus fuerat ob honorem uictoriæ
cōtra uandalos parte: adeoque fortunam habuerat fa/
uentem ut extrema consulatus die siciliam uniuersam
ad superiores uictorias repertus sit addidisse. In siciliā
quidem in hunc modum res processerant: in dalmatia
uero contractis magnis copiis ad urbem salonas duxe/
rūt. Cumque in propinquo essent & bellum hinc inde
gereretur: pugna tandem cōmittitur non ex preparato
sed præter expectatiōem utriusq; exercitus: causa uero
pugnādi in hunc modum fuit. Mauritius erat Mundi/
ducis filius: adolescens egregius ac manu promptus. Is
partem equitatus habēs speculatum ierat gotthorum
castra. Huic fortuna quadam hostiū equitatus obuiā
fuit. Cum sese mutuo conspexissent: nulla fuit mora
quin proelium committeret. Pugnatumq; ē aliquādiu
ita uehementer ut enixius fieri nil poss&. Præstantesq;
gotthorū permulti in eo proelio occiderūt: & Mauritius
ipse ad extremum occubuit. Senferant utraque castra
proelium cōmitti: & utriq; suis opem ferre properabāt:
in uia dum ess& Mundus interitum filii cognouit. Tūc

homo natura uehemēs & bellicosus quasi rabie quadā
in hostes defertur. Aduenerant inter hæc oēs gotthorū
copiæ: ac totis castris hinc inde certabatur. Pugna fuit
cruentissima & asperrima. Tandē fracti gotthi magna
suorū cæde ī fugā uertuntur. Sed Mundus infaciabiliter
dum gotthos cædit: ac profligatos longius ira ac dolore
amissi filii persequitur: in sua ipse uictoria a fugiētibus
hostibus occidit. Ita uindicta filii supra modū exercita-
ta p̄ri insup̄ iteritū cumulauit. Post hoc præliū utriq̄
exercitus discessere. Nam & gotthi profligati consistere
in his locis ausi nō sūt: & Iustiniani milites ob mortē
ducis cōteriti relictis Salonis retro abierūt. Nō silebo
in hoc loco quod scriptum est a nonnullis auctoribus.
Sybillæ dicunt fuisse carmina uetustissima: in quibus
significabatur cū africa recepta iterū a romanis for-
tūc Mundum cum prole sua esse periturū: hoc Sybillæ
faticiniū multos mortales conteruit sollicitos ne cælū
& terra cum uniuersis hominibus perirēt. Tunc autem
africa superiori bello uirtute Belisarii recepta huius ducis
ac filii interitum fuisse prædictum a Sybilla apparuit:
adeo cuncta uaticinia inuoluta ambagibus sunt. Post
mortem huius ducis ac discessum exercitus gotthi per
dalmatiā plus posse ceperunt. Grippa siquidem unus ex
gotthorū p̄ceribus resecto cōfesti exercitu salonas urbē
& quicquid prius cepat Mundus per ea loca recupauit:
multoq̄ superior gotthorū res per eas partes uidebatur:
Theodatoq̄ regi animus creuit: ut iam cōfideret bello
se uel parem uel superiorē futurum. Iustinianus uero
cum hæc quæ dalmatia gesta fuerāt cognouisset: Con-
stantianum quendam ex aulicis suis bello dalmatico
præfecit. Et simul ad Belisarium scripsit ne cunctaretur
in italiam transire. Constantianus igit̄ resecto exercitu:

6

classēq; affatim structa cum aliquod tempus in his cō-
ficiēdis dyrrachii commoratus esset: tandem īde mouēs
epidaurū nauigauit. Erant epidauri exploratores quidā
a Grippa summissi: q; cum uiderent Cōstātiani classē
iuxta littus nauigantē multitudine nauū & structura
egregiā cōfestim ad Grippam reuersi rem per se magnā
etiam magnificētius extulerūt. Quibus auditis Grippa
incertus cōsiliū esse cōepit: Nam & pugna decernere ad-
uersus tātas uires p̄niciosū ac temerarium arbitrabat̄:
& includere se salonis non satis confidebat: ciuibus su-
spectis & mōenibus eius oppidi q̄busdam ī locis uetu-
state collapsis: mari etiam p̄ualētibus hostibus cito
se ad inopiam cōmeatus redigi posse formidabat. His
curis anxius tandē quod potissimum in difficultatibus
uisum ē: cōsiliū capit. Salonis egredit̄ cū omnibus
copiis & aliquāto profectus castra loco idoneo cōmu-
niuit. Inter hęc Cōstātianus cū tota classe lissā p̄ueit.
Ibi cum ea quæ facta erāt cognouiss̄ & ad p̄ximū littus
nauigauit: militibusque expositis quingentos eorum
p̄misit: ac fauces angustosque aditus qui non longe
salonis absunt: per noctem occupare iussit. Id factum
cum ess̄ ipse postridie exercitū oēm salois admouit:
ac nullo negotio urbē recepit. Id cū Grippa itellexiss̄
paucis diebus circa ea loca moratus abire cōstituit: atq;
ita rauēnam mari delatus dalmatiā & liburniā penitus
dereliquit: quæ statim nullo iam repugnāte ī Cōstātiani
manus deuenere. Belisarius autem litteris Iustiniani
acceptis cum sibi in italiā transeundū ess̄: militum
p̄sidio syracusis & panormi relicto ipse cū reliquis
copiis Messanam petuit: atq; ibi traiecto freto rhegium
uenit. Inde per Brutios & lucanos pedestri itinere exer-
citum duxit. Classis uero ut per littus inferi maris q̄ppe

se nauigar& edixit. Dū iter facit frequentes eorū locorū
populi ad illū defecerūt. Profectus p̄ hūc modū aliquot
dierum iter tandem ad Neapolim constitit: quæ urbs
magna ac ualida gotthorū præsidio tenebat. Ac statim
Belisarius classē in portu extra teli iactū ad ancorā stare
iussit. Ipse autē admotis prope urbem copiis sitū urbis
ac naturā loci a terra specularat. Nec multo post arcem
munitam in suburbano existētem pactione cepit. Inde
cum obsidionē parar& uenerūt ad eum neapolitanorū
legati: in quibus erat Stephanus quidam neapolitanus
uir & auctoritate inter suos & consilio præstās. Is hæc
ferme dixit: nō recte facere Belisarium q̄ neapolitanis
nulla prius iniuria laceffitibus bellum inferat. Se quidem
urbē incolere Theodati & gotthorū præsidiis custoditā.
Itaq; nihil sperare a neapolitanis eum posse utpote in
aliorum potestate constitutis. Quin etiam si fas sit di-
cere nō bono cōsilio illic frustra morari. Si enim iquit
romam habueris neapolim quoque habebis. Sin uero
roma excluderis ne si neapolim habeas eam retinebis.
Itaq; romam aduersum gotthos q̄ ibi sunt: tibi ducēdū
fuit: non neapoli cōmorandum: quæ utcunq; res cadēt
sit accessio futura. Ad hoc Belisarius respondit. utrum
bono uel malo consilio circa neapolim commoret: non
esse neapolitanorum sibi præscribere: neq; enim eorū
sententiam sup hoc sciscitari: quæ uero ad eos pertinet
cogitare eos debere. Vtrum præstet exercitū impatoris
romani pro salute ac libertate propria recipere: an in
seruitute barbarorū permanentes merito oppugnari ac
deleri. Se quidem nisi recepta urbe non esse abiturum.
Cupere uero sine pernicie eorum potius q̄ cū pernicie
urbe potiri: hæc palā. Secreto autē Stephanum cōmone-
fecit: ut beniuolentiam potius & gratiam imperatoris q̄

7

indignationem pmereri ciues suos adhortetur. Legati
igit in urbē reuerſi Belifarii uerba rettulere: cūq; de his
rebus cōſultaretur: rogatus ſententiam Stephanus ni-
mum ſibi periculoſum uideri inquit: tantā belli molē
in ſe ipſos neapolitanus ſuſcipere: proinde pactiōne
aliqua ſaluti ſuæ prouidēdū eſſe cenſebat. Adiuuabat
quoq; hanc ipſam ſētentiam Antiochus quidā genere
ſyrus: longo tēpore neapoli mercaturæ grā cōmoratus
homo diues: ac magnæ apud neapolitanos fidei: hic ea-
dē ſuadēs quæ Stephanus cēſuerat multos pmouerat.
Populus quoq; ac multitudo urbana eadem cupiebat.
Iāq; uoces audiebātur aperte dicentiū portas Belifario
eſſe aperiēdas. Gotthi erāt in præſidio circiter octigēti:
qui q̄q; grauiter iſta ferrēt: tamen aduerſus populi uo-
lūtātē repugnare non auſi ſe ipſos cōtraxerant. Paſtor
& Aſclepiodotus erāt neapolitani in primis gotthorū
amici & qui præſentem ciuitatis ſtatū mutari pmoleſte
ferrent: hi cōſpecta populi uoluntate aperte refragari
non audentes trāſuerſa quadā uia ipedire cōuentiōnē
aggreſſi ſunt. Quam ob rem eadem illa quæ cæteri in
concione laudantes pactis ac iureiurādo multa cauēdū
eſſe ſuaſerūt: erant uero talia quæ non putabant Belifa-
rium eſſe conſeſſurum præſertī cum de his obſeruādis
iuſiurandū ab eo peteretur. Viſi igitur pro beniuolētia
populi illa dicere decretum in eorum ſententiam fieri
optinuerunt. Cunctaque in libellum diligenter redacta
Stephanus a ciuitate miſſus Belifario detulit: qui cum
illa legiſſet & ſingula poſtulatorū capita benigne pbauit:
ac iuſiurādū ſuū optulit p his obſeruandis. Stephanus
igitur in urbem reuerſus hæc rettulit. Populus autem
lætitia affectus diſcuſſari iam ad portas Belifariumque
ī urbem uocari debere clamitabat. Hæc igit aſpicientes

+

pastor & Asclepiodotus quādo primæ illorum artes nō
procedebant gotthos simul ac neapolitanos ciues suæ
factionis in unū conuocant: docent stultū esse arbitrio
multitudinis imperitæ ciuitatem perdere. Quis enī nō
intelligat si Belisarius capiendæ urbis fiduciā haberet
ullam: postulata quæ ad illum misimus nunq̄ fuisse
concessurū. Nūc autem omni destitutus spe ea cōfētū
quæ seruaturus non est: quo nos proditores periculo
nostro faciat. Nā si beniuolentia quā prædicat teneret:
nō hic manens in fraudem nos ipelleret: sed ultra pro-
gressus cōtra Theodatum & gotthos prælio decerneret.
Hæc & huiusmodi suadentes ad repugnādum hortati
sunt: & gotthis animos addiderūt ad urbem defendendā.
Iudæos insup quorum magna neapoli multitudo erat
armauerunt: ac sibi cōiūxerunt. Quibus rebus deteriti
ciues colloquia Belisarii omnēq; conuentionum spem
interruperūt. Ille igitur posthac ab bellū se cōparauit:
sæpiusq; expugnatione tentata magno suorum militū
detrimento depellitur. Moenia enim neapolis partim
mari circundātur: partim locis arduis saltuosissq; existūt:
aditusq; difficillimos puadētibus habent. Aquæ ductus
uero qui aquam in urbē deferebat: licet a Belisario reci-
sus fuisset: tamen nō multum obsessis nocere uidebat:
propterea q̄ pluribus in locis puteos habebāt ut deesse
illis aquam nō possent. Maxima uero detinebantur spe
auxilii uēturi quoniam missis romam nūciis opē ferri
sibi aduersus hostes postularant. Cum esset Belisarius
exigua spe: ac de omittenda obsidiōe cogitaret fortuna
mirabiliter sibi uiam apuit. Aquæ ductus erat solo in-
cisus per quē aqua in urbem ferebatur. Hunc ab initio
obsidionis Belisarius ut supra diximus interruperat.
Per eum miles quidam isauricus forte ingressus usque

8

ad moenia urbis penetrauerat. Erat uero in ea parte quae
moenibus inferebatur petra non manu posita sed natura:
per quam perforata aqua in urbem transibat. Magnitudo
autem foraminis non tanta erat: ut uir ingredi possit.
Quae cum satis contemplatus esset miles intellexit si petra
illa magis patefieret aditum fore in urbem. Itaque nota
Belisario cuncta facere curauit. Dux uero laetatus ac ma-
gna pollicitus premia alios sibi coadiutores eligere mi-
litem iussit: ac petram illam magis aperire: non cedendo ne
percussio exaudiret: sed limando ac paulatim demendo
perquam lateat. Haec ut dux iubebat ita miles egit. Denique
assidua diligentique militis opera effectum est: ut armatus
uir cum thorace & clipeo per eum locum ingredi ualeret.
Haec facta cum essent Belisarius uidens iam urbem fore in
eius potestate timensque ne a militibus uastaretur: Ste-
phanum rursus ad se uocauit: casusque miserabiles qui
captis urbibus accidere consueuerunt: caedes uiro-
rum: mulierum
ad libidinem raptus: incendia: rapinas ac mala caetera me-
morauit. Proinde uiderent Neapolitani ne extremum
piculum expectent: adhuc enim aliter resipiscendi tempus
esse. Stephanus igitur his auditis cuncta cum lachrymis
ac gemitu ciuibus suis rettulit. Illi autem spernentes
contempserunt. Belisarius igitur coeptum suum persecutus
cum urbem capere statuisset in hunc modum prouidit. Primis
statim tenebris milites quadringentos delegit. Horum
singulos thoracem clipeumque & gladium ferri iussit:
paratosque & armatos silentio quiescere donec admoneantur.
Ductores uero his praefecit Magnum & Ennam uiros stre-
nuos quorum uirtute plurimum confidebat. Cum media
iam noctis pars transacta esset: ductoribus ipsis rem apertam
ac locum ostendens milites per aquae ductum accessis
luminibus ducere imperauit. Cum uero in urbem peruenissent

quid facere illos uelit admonuit : c aperere enim partem aliquam muri ac tuba id significare . Ipse uero scalas pmultas iam pridem comparauerat quibus mœnia aggrederet . Exercitum autem totū in armis esse iusserat : multos circa se expeditos intētosq; habebat . Inter hæc pleriq; ex militibus qui cum Magno erant periculum formidātes retrocesserūt : nec exhortationibus aut minis contineri poterant : quos Belisarius duriter increpitos dimisit : ac ducentos eorum quos circum se habebat in eorum locum summisit . Qua cōtumelia etiam illi ipsi qui prius recusauerant secuti sunt . Milites igitur per aquæ ductum longam & cæcam uiam ierunt : non eim ad mœnia finiebatur aquæ ductus sed lōgius per urbē penetrabat : testudinē desuper habens ex latteribus cōctis : nec prius ubi locorū essent milites intelligere poterunt : q̄ desinente iam testudine cælum apparuit : tunc se media in urbe senserunt esse : Et simul euadere ex eo loco difficile fuit : p̄pterea quod parietes hinc inde altius ædificati difficilem armatis faciebant ascensum . Ut uero tandem alteri alteros iuuantes emerferunt : ad mœnia profecti turres duas occisis custodibus occuparūt : atq; ide tuba canere & clamorem attollere cœperūt . Belisariusq; confestim ad ea loca profectus scalas mœnibus admouit : ac milites conscendere iussit : fuit & in hoc loco difficultas & mora quoniā scalæ utpote clamfactæ ad altitudinem muri non pertinebant . Itaque necesse fuit binas simul scalas colligare : atq; ita cōscendere . Hæc fiebant ab ea parte urbis quæ ad septētrioēs est uersa : Eodemque tempore ad aliam urbis partem quæ ad mare spectat accerrime dimicabatur . Iudæorū enī multitudo in hoc loco pugnabat : Homines p̄terui ac temerarii & qui capta urbe nullam sibi ueniā futurā

9

speraret. Itaque resistebant accerrime: nullumque ingressum hostibus permittebant. Alia uero pars exercitus portam urbis ad orientem uersam incenderat: ac percurrere in urbem festinabat. Inter hæc dies apparuit: portaque a militibus que scalas ascenderat refracta ingressum exercitui præbuit. Simulque per portam ad orientem uersam quam incensam a militibus diximus penetratum. Tunc discursum per urbem est: caedibusque & rapinis omnia fœdata. Præcipue uero sæuiebant illi milites quorum fratres uel agnati superioribus proeliis circa urbem commissis interfecti a neapolitanis fuerat. Hi tunc urbe capta uictoriam crudeliter exercebant: nulli neque ætati neque generi hominum parcentes. Iudæi uero qui partem urbis ad mare uersam defendebant: etiam capta cæteris in locis urbe ipsi tamen accerrime repugnabant. Nec prius cesserunt quam discurrentes ab urbe milites eorum terga inuasissent. Tunc ab ea quoque parte intra urbem penetratum: caedesque & rapinae ubique factæ. Belisarius capta neapoli humanissime uictoria usus est. Nullum enim neapolitanorum post arma deposita interfici aut capi permisit: mulieres ab omni libidine integras reseruatatas maritis parentibusque restituit. In gothos etiam qui præsidio fuerat nullam sæuitiam ostendit. Pastorem uero & Asclepiodotum tantorum malorum auctores non ipse Belisarius ultus est: sed ciues ipsi neapolitani multitudoque urbana, quæ postridie quam capta fuerat urbs ad aedes illorum discurrens reptum domi Asclepiodotum occidit: ac per urbem traxit. Pastorem uero querens repere non potuit: Ille enim in ipso captae urbis tumultu uel morte uoluntaria uel dolore ac desperatione animi interierat. Populus tamen ardens odio non prius querere illum destitit quam fidem oculis accepit eum interuisse: nec temperare potuit quin eius cadauer membratim discerperet.

Veniam huic t̄to furori dante Belisario propter mala ab illis in quos s̄uiebat̄ cōmissa. Neapolis igit̄ p̄ hunc modū capta & seruata ē. Gotthi aut̄ q̄ romæ & circum ea loca degebāt auditis his quæ neapoli facta diximus in suspiciōe ac metu plurimo cōstituti erāt: nec dubitabāt Belisariū cum uictore exercitu ad se esse uenturum. Quare se ipsos cohortātes ac ceteros gentis suæ bellatores euocātes inter ananiā & taracinā castra fecerūt. Ibi cum simul essēt gotthorū copiæ multa de superiori malignitate Theodati multaq; de præsenti segnicie cōquesti demū seditōe in exercitu facta Vitigī sibi regē creauerūt. Erat aut̄ Vitigis nō ex regio genere ortus sed magnus bello uir quōdā habitus. Ea; uirtute nomē & auctoritatē sibi plurimā cōparauerat. Theodatus uero simul atq; ista sensit arrepta fuga rauennā ire p̄perabat. Sed missi cōfestim post eum a nouo rege satellites p̄ uiam affecuti illum īterfecerūt. Post hęc Vitigis romam uenit senatumq; & populum allocutus beneficia Theoderici meōrauit: eosq; hortatus est ne qd noui moliant̄. Magnas gotthorum uires per italiā esse docuit: nec ea quæ accidissent incōmoda p̄pter ībecillitatē gentis accidisse sed p̄pter discordes erga Theodatum animos. Nūc aut̄ conspirantibus in unam eademq; uoluntatem gotthis cōtrarios effectus esse secuturos. Itaq; neminē sine sua p̄nicie per italiā res nouas moliturū esse. Hęc autem cū Liberio romanæ urbis præsule egit. Et quoniā nouū erat eius regnum iureiurando sibi populum & p̄tificē obligauit. Ex senatu uero & ex populo romano p̄ multos delegit: quos obsidum loco constituit: urbi autem romanæ quendam ex p̄ceribus suis Luderim præsedit: eique delectorum militum quattuor milia reliq̄t q̄bus romam custodir̄. Ipse cum reliquo exercitu rauēnam

17
petere cōtendit: quo regnū magis stabiliret: eo cū per-
ueniss& Amalasuēta filiam Theoderici neptem quæ a
Theodato captiua tenebat in m̄rimonium suscepit: ut
regio sanguīe dn̄ationē honestar&. Gotthorum autem
copias undecūq; uocare parareq; nō destitit: armaq; &
equos iter suos partiri ac cætera quæ ad bellū ptinerēt
studiose p̄uidere. Sed cū magna gotthorū robora circa
padū & ticinū ac cæterā p̄ galliā cisalpinā essēt: eaq; cō-
trahere Vitigis festinar&: obiecta illi formido ē frācorū
gentis. Franci enim p̄ id tp̄s ad alpes usq; dn̄ationem
extenderant. Cisalpes uero gotthi possidebāt nec sane
inter se aīci sed suspecti magis discordesq; hēbant. Et
irritatos nūp frācos a Iustiniano īpatore cōstabat: sua-
dente ut bellū aduersus gotthos capescerent. Ob hanc
igit̄ suspicionē Vitigis oratoribus ad francos missis de-
lere ab ea parte formidinem studuit. Quod et tandem
assecutus est fœdere cū illis ic̄to aīcitiāq; cōtracta. Dum
hæc a Vitigide p̄uidēt̄: interea Belisarius resecto orna-
toq; exercitu romā petere cōstituit. Itaq; relicto neapoli
Herodiano cū præsidio militū: cumis quoq; alio præ-
sidio īposito ipse cū cætero romā petiit: iter eius p̄ uīā
latinā fuit. Romani uero aduentū Belisarii sentiētes
nequaq; moleste ferre uidebant̄: et iam Fidelis quidam
mediolanensis q; per tp̄ra Atalarici præfectus regiæ do-
mus fuerat: ex urbe roma p̄fectus Belisario nūciauerat:
ut copias q̄proxime admoueret: populū enī romanum
exercitui imp̄atoris romani nequaq; portas esse clausu-
rum. Intra urbē quoq; ex multorum sermonibus hanc
eandē uoluntatē populi erat inspicere. Quibus cōteriti
gotthi q; romæ in præsidio erāt relictī: sp̄ote sua omnes
abire statuerunt præter Luderim præfectum q; pudore
ductus perire maluit q̄ urbē fidei suæ creditā deserere.

Roāni gotthis abeuntibus securitatē prāstitere: eueitq;
ut eadē die atq; hora gotthi qdē porta flaminia roma
exirēt: Belisarius autē porta cālimōtana quā Asinariam
uocāt romā intrarēt. Cū esset enī Belisarius maxia oīum
lātitia intra urbē receptus: senatū ac populū quæ oport
tebat allocutus: sūmā post hęc diligētiam adhibuit in
reparādis mōenibus atq; urbe muniēda. Nō solum enī
mōenia curauit: & ppugnacula idoneis locis cōstruxit:
ueq; etiā fossas & aggeres mōenibus adiunxit: frumenti
quoq; magnā uī nauibus īportandā & publicis horreis
seruandā puidit. Romani uero q̄q; ingeniū ducis admi
rabant: tamen hanc illius sedulitatē in urbe munienda
non pbabant. Magnū enī ducem cum īpatoris exercitu
romā ingressū nō de patiēda obsidiōe sed de inferēda
cogitare debere. Enim uero ipse cōsciū paucitatis exer
citus sui & magnarū uirium gotthorū: iam mēte & cogi
tatiōe futurū prāuidebat. Nec tamen interea segnis: sed
per prāfectos suos Constantinū & Bessam in hoc ipso
tpre narniam & spoletum & perusiam deditibus sese
ciuibus suscepit. Pugnatū ē etiā nō pcul ab urbe pusia
cōtra gotthos. Nam Vitigis statim atque defectionem
perusinarum sensit Vnilam & Pessam cum exercitu in
tuscos misit: quo cāteras urbes in fide cōtinerent: ac ea
quæ iam defecerant oppida recuperarent. Erat perusiæ
Cōstantinus Belisarii prāfectus: copiasq; omnes eo cō
traxerat prāter paucos milites quos in prāsidio spoleti
reliquerat. Cū igī appropiuarēt gotthorū copiarū ac sub
ipsis ppe mōenibus perusiæ essent: egressus urbe Con
stantinus acie structa & ad dimicādum parata gotthos
īuasit. Cōmittit īgens praeliū ac magnis uiribus utriq;
certat. Gotthi multitudīe Cōstantiniani situ loci & fauo
re ppīquæ urbis iuuābat. Post longū certamē superati

ad extremū gotthi i fugā uertūt: fit eorū magna cædes:
multi capiunt: inter quos Vnla & Pissa duces copiarū
hostiū capti fuerūt: & romā ad Belisarium missi. Vitigis
igī cum præter defectionē urbium hanc insup cladem
accepiss&: nō ultra differendum ratus cum toto peītus
gotthorū robore i bellū descendere cōstituit. Itaq; rauē-
nam mouens romam ducere prexit habens in exercitu
ducenta milia hominum plurimosq; iter eos loricated
eqtes quos cataphractos appellāt. cum his tantis copiis
ita Romam petebat ut nihil magis uereri uideret q̄ ne
Belisarius nō expectar&. Quare nec ad pusiā nec ad
spoletum nec ad narniā constitit: Sed romam petere
festinauit. Belisarius autē cum tantam belli molem in se
cōuerti sentir&: Cōstantinum & Bessam cum his quas
habebant copiis ad se pperere redire iussit. Paruitq; dicto
Cōstantinus cōfestimq; ex tuscis romam duxit. Bessas
uero q̄ erat narniæ tardius discessit: ut etiam cū primis
gotthorū excursoribus iplicaret. Vitigis enim pximum
narniæ iter faciebat. Quo cum primi atecursores pue-
nissēt: egressus urbe Bessas eos iuasit: & agmina quædā
eorū in fugam uertit multosq; occidit. Sed cum maiore
numero premeret in urbē sese narniā recepit. Mox i de
romā pperans ex uisu denūciauit gotthos adesse. Got-
thi narniā prætergressi p sabinos in agrua romanum
descēderūt. Cūq; romæ ppinquarēt ad anienem fluuiū
cōstiterūt. Nā Belisarius pōtē sup eo amne ex utraq; ripa
turribus claustrisq; munierat: ac militū præsidio custo-
dire iusserat. Itaq; gotthi primo aduētū trāsire nequeū-
tes trās anienē fecerūt castra. Nocte uero īsecuta milites
qui in præsidio pontis erant multitudine ac ferocitate
barbarorū cōteriti turres ac munimēta pōtis deseruerūt:
clāq; fuga arrepta in cāpaniā abierunt pœnā Belisarii

11
m
.cc.
- Cathafractos -

formidantes. Habebat in animo iuxta anienem castra
facere: contra gotthorū castra: quo diutius in his locis
hostes detineret: q̄ ob rē postridie mille eq̄tibus assūptis
ad ea loca p̄fectus est: quo & situm regiōis & q̄d agerēt
hostes specularēt. Et simul idoneum castris suis locū
deligeret: proficiscenti autem cum prope amnem esset:
eq̄tes gotthorū p̄ expectationē sibi obuiā uenerūt. Got-
thi autem pauloātē munimenta p̄tis deserta sentiētes
claustra portasq; refrugerāt. Iāq; trāsgressa multitudo
eorū p̄ magna fuerat: quā Belisario hāc ignorantī cum
repente obuiā uenisset ex insperato pugnare cōpellit.
Et ab initio q̄dem ducis munera tantummō Belisarius
obibat: iubens & adhortās & q̄d agendū foret ostēdēs.
Cum uero sui magis ac magis ab hostibus premerent:
tunc necessitate cogente non āplius ducis officium sed
militis exercebat: aduolans siq̄dem iter primos pugna-
tores manu & uiribus strenue rem gerebat. Quo q̄dem
die plurimū ipse piculi subiit ex huiusmōi causa. erat
Belisario equus insignis quo plurimum utebat. Is erat
colore subrutilo frōtēq; sūmā usq; ad nares alba linea
distinguebat. Cū igit̄ ex eo pugnaret equo & in primis
pugnatoribus uersaret: trāsfugā q̄dā eum noscitanes
clamore significarēt ut ualā ferirent. Hoc enī uocabulo
gotthi formā illā eq̄ appellant: Clamorq; p̄ oēs iit ualā
feri. Ex quo factum ē ut tota pugna ī unum Belisarium
conuerteret. Quod nisi circa eum egregia familiarium
manus se cōglobassent: ac īpetum ipsi irruētium hostiū
excepisset: corporibusq; & armis equum & Belisarium
iter mille telorū ictus p̄texisset: euadere nō poterat. Tūc
autē defēsus egregie est tum uirtute p̄pria cum p̄tissime
dimicarēt: tum aīcorū & familiarium auxilio: q̄ incredi-
bili amore circa illum uersabantur. In hoc loco multi

12
atq; optimi ex Belisarii familiaribus ceciderunt: & in primis
Maxetius uir singulari uirtute qui circa Belisarium pugnas
cum praecipua fortitudinis opera edidit: multosque got-
thorum interfecisset: tandem ipse quoque multis uulneribus
acceptis occubuit. Ad extremum se cohortantes qui cum
Belisario erant impetu facto in fugam hostes uerterunt: et usque
ad portam persecuti sunt. Pedites uero qui pro portis stabant
proelium excipientes facile Belisarium & suos reppulerunt.
Cedentibus multitudo rursus equum premere terga coepit:
quibus difficultatibus in editum quendam locum se recipere co-
acti sunt. Ibi quoque cum equestris pugna redintegrata
esset: hostiumque multitudo assidue cresceret: multique
utriusque pugnantes cecidissent: tandem effuso cursu romanam
petere cogunt. fuga fuit ad eam portam quam picianam uulgo
appellant. Gotthi usque ad ipsam portam Belisarium persecuti
sunt: ut de muris urbis ferirent. Fuit quoque in eo loco tu-
multus ingens. Romani enim qui in muris stabant: ueritatis pro-
prietatem hostium portam aperire uolebant. Nec Belisarius licet
clamans cognoscebat: quod & iam sol occiderat: & ipse
puluere: sudoreque deformatus erat. Cum igitur ad ipsam portam
se conglobasset: nec porta aperiret hostesque instaret: Belisa-
rius suos cohortatus hostes magno impetu iuadit: ac in
fugam uersos longe sumouit. Ita fugatis hostibus ipse
iam plane cognitus suos intra urbem reduxit. Pugna
huius diei longe maxima ac uaria fuit. Coeptum est enim
pugnari paulo post solem exortum: desinitum autem iam te-
nebris terram operientibus. Optimusque pugnator iudicio
omnium Belisarius ea die existimatus est: In gotthis autem
Visidus. Cum in urbem redisset Belisarius milites ac
romanos ciues per moenia uigilias agere nocte illa ius-
sit. Praefectis etiam suis portas attribuit: ut singuli singu-
las tuerent. Praecipit autem ut siquid tumultus oriretur

nemo ex eo loco in quo collocatus foret abiret neu se
cōmoueret: p̄ eā noctē pluribus locis tumultus excitati
sunt: & pleriq; inanes. Clamatū est enim per urbem ad
ianiculi portā hostes inuasisse: & arma trepide ob hoc
sumpta. Nec prius cessatū a tumultu q̄ redeuntes inde
nuncii rettulerunt: omnia ad ianiculū quieta esse: nec
hostes p̄ ea loca uisos uel auditos. Ad portā uero salariā
alius tumultus exortus necis qdē temere. Gotthi enī p̄
noctē sub ipsā portā ueniētes romanos ciues q̄ stabāt
ī mœnibus uocauerūt: atq; ibi unus eorū Bacchius noīe
uir romæ notus: quē Vitigis rex ad hoc ipsum miserat
uerba faciens: Quid est īquit romani? an non iā pudet
uos stultitiæ uestræ: q̄ græcis hoībus: nautis & histrio-
nibus ac nulli protinus alii rei gerendæ idoneis: uos ac
salutē uestrā cōmisistis sp̄reta gotthorū potentia quæ
primo statī aduentu illos fudit atq; obsedit? Atqui nō
ita meriti de uobis erant gotthi ut tantā prodicionem
aduersus eos moliri debuissetis. Sed resipiscite iā: Vnica
enī hæc euadēdi uia est: si portas gotthis aperiatis: non
aduersū uos: sed aduersū græcos īgressuris. Quod si p̄-
seueratis ī amentia uestra īplacabile bellum a gotthis
expectetis. Hæc Vitigis rex denūciari uobis iubet. Ni-
hil his uerbis respōsū ē a romanis: Sed cū significaretur
gotthos adesse cōcursum est ad salariam portā. Gotthi
uero aliquāto cōmorati in castra regis quæ inter urbem
& amnem erāt posita reuerterūt. Et prima quidem nox
in hunc modū trāfacta est. Postridie uero cū in proeliū
nemo egrederetur: gotthi ad obsidionem se compara-
rūt. Eius obsidionis ratio hæc fuit: Castra circa urbem
sex ī locis posuerunt a flaminia uia usq; ad prenestinā.
His castris quinque urbis portæ obsidebantur: addide-
runt postmodum septima castra ultra pontem miluiū.

13

Hæc ultia castra portã aureliã obsidebant: & ipediebãt uias quæ trans tyberim ferunt. Castra autem ipsa uallo & fossa ac ligneis turribus munierũt: & tã citra q̄ ultra tyberim possidẽtes omnia crebris incursionibus peruedebãt. Belisarius autẽ pro defensione urbis hæc puidit. Pincianã portã quæ contra Gotthorum maiora castra maxime erat opposita: & huic proximã a dextra manu salariã: & quicquid circa illas muri est sibi ipsi Belisarius tuẽdas assumpsit. Prænestinã uero portã Bessæ cõmisit. Flaminiã uero quæ ẽ a sinistra pincianæ Cõstãtino attribuit: cæteris quoque portis alios præfecit. Gotthi profecti circa urbem aquæ ductus omnes interruperũt. Erãt hi quattuordecĩ aquæ ductus mirabili ope cõfecti per quos aqua in urbem uehebat. Ex horũ iterruptione nõ tãtum aquarũ icõmoda nocebant romanis: quãtũ pistrinorũ defectus. Nam ex eo aquæ ductu q̄ ex sũmo ianiculo per transtyberim defluebat: utpote decliui ac rapido magna uis pistrinorũ cõficiebat. Ex aliis quoq; aquæ ductibus q̄busdã in locis eadẽ cõmoditas moliẽdi instituta fuerat. Qui tunc iterrupti p̄ magnas obsessis difficultates afferebãt. Aduersus hæc icõmoda Belisarius in hunc modũ remedia excogitauit. Bini lãbi paruo inter se distãtes spacio tignis cõiuncti melas in medio cõtinebant: quæ rapido fluminis cursu p̄cite uoluebãt: funes ab utraq; ripa q̄ maxime intẽti lembos i flumine sustentabãt: huiusmodi lembos secus pontem qui primus trans tyberim fert collocauit. Post eos lãbos alios ordĩe eodẽ dispositos ordinauit. Ne uero hostis mittẽdo de superiori loco materiẽ & ignem officere lembis ualeret: cathenæ in flumine ad ipsum pontem obiecti omnẽ materiã excipiebãt. Exceptã autem homines ab utraq; ripa dispositi auferebant. Et aduersus pistrinorũ

defectū hęc optime prouisa sunt. Lembi enim pistrina largissime suppleuerunt. Aquarū uero icōmoda tyberis sustētabat. Per mœnia uero pluribus locis instrumenta belli multiplicia ad feriēdum repellēdūq; hostes Belifarius effecerat: ac solertissime omnia prouidebat. Gotthi uero contra ad expugnationē urbis instrumenta & machinas cōparabant. Machinæ uero huiusmodi fuerūt. primū arietes quattuor. Est autem forma eorum talis columnæ lignæ quattuor in altitudine rectæ æqualiter uicē oppositæ collocat. Hæ colūnæ tignis octo uiciūt: quattuor ad imū colūnarū: totidē ad summū. Efficitq; ueluti quadratæ cuiusdam ædiculæ forma. Hęc rursus corrigiis obtegūt: ne feriri de mœnibus q; itus sūt possint. Trāuersū deīde tignū ponit a quo trabs cathenis alligata depēdet quasi usq; ad medium altitudinis colūnarum. Habet uero trabs in capite ferrum ingens & quadratū ad icudis formā. Machina tota quattuor rotis ad bases colūnarum ipositis defert. Mouēt autem eam milites intus existentes nō pauciores quinquagita: qui postq; eam mœnibus admouerūt: trabē illā suspēsā machinamēto quodā retro trahūt: moxq; cum impetu dimittunt. Trabs autem uiolentia & pōdere in murū delata omni scindit ac perrūpit. Fecerant etiā gotthi turres ligneas pari mœnibus altitudine: hæ quīq; rotis uehebātur. Sclarum præterea grādem numerum prouerunt. Et infinitā quādā uim fascium ex uirgultis & stipula quibus fossas replere cogitabant. Cum satis oīa parata essēt Vitigis prima luce armatos oēs adesse iubet: agminaq; distribuit: & quid agere quēq; uelit præscribit: fit alacritas magna in gotthis & incredibilis pugnādi ardor cū alii fascēs: alii scalas ferrēt: alii machinas admouerent. Belifarius ante portā cum lectissimis

14

sup aggerē præstabat: nec quicq̄ moueri a suis iusserat: priusq̄ ipse signū dedisset. Turres quas paratas a gotthis diximus conuehebant: hæ ante cæteras machinas aduehebant. Quod cum aspexisset Belisarius risit simplicitatem gotthorum qui bobus crederent machinam admoueri ad hostes armatos posse. Itaque suos omnes sagittas in boues conuicere iussit: quibus cito confecti boues cōciderunt: machinaq; destituta ulterius admoueri nō potuit: q̄ autem stipulā & q̄ scalas ferebāt multitudine telorum ab aggere ueniēte repulsi: nec fossas cōplere: nec mœia adire: nec arietes admouere ualebāt. Stabat nihilominus gotthorum acies: ac testudie facta interdū subibat. Sed peruincere aggerem nunq̄ potuit: sagittis & tragulis & omīfariam telorū genere certabat. Dū hæc ad pīcianā & salariā portā gerunt: tribus aliis locis roma oppugnabat. Nam Vitigis relicta parte copiarum quo Belisarium proelio distineret: ipse ad prenestrinā portā cū multitudine pugnatorum cōuolauit. Eodēq; tēpore alia gotthorū multitudo contra portam aureliam impetū faciebat. Alia insup hostium manus portā quæ est ad sūmū ianiculum expugnare nitebat. Ita. iiii. simul locis roma oppugnabat. Ad pīcianam & salariā portā quas Belisarius tuebat: ad prenestrinam cui præerat Bessas: ad aureliam & ianiculi portam. Sed hi q̄ ad ianiculum pugnabāt gotthi facile repellebāt. Sunt enim loca ardua & saltuosa: ut difficile sit mœnia adire etiam nullo repugnāte. Tūc autē paulo Belisarii præfecto cum ualida manu militum defēdēte conatus hostium in irrū cecidere. Ad aureliā uero portā maius piculū fuit. Via erat porticu cōtectā: per quā ad tēplū beati Petri apostoli uadebat. Sub ea igit̄ porticu latētes gotthi cū tēpus rei gerēdæ uisum est: egressi ex insidiis

repente ad molē Adriani iuadēdam cōularūt: scalisq;
admotis primū ābitū qui figura quadrata molē cingit
repētino īpetu ceperunt: hęc moles impatoris Adriani
sepulcrum fuit eximio ac magnificētissimo opere con/
fectum. Primus ābitus quadrati figuram habet. Cōstat
uero totus ex marmore pario summa artificū diligētia
exadificatus. In medio uero huius quadrati rotunda
moles īsurgit excelsa qdem altitudine: latitudine uero
tanta ut in suprema eius parte area sit cuius diameter
uix iactu lapidis trāfigat. Habet uero pontē sup tyberī
amnē: qui ab ipsa mole ad aliam ripā extenditur. Hoc
ædificiū licet extra urbem foret: nā urbs qdē ad tyberī
finit: hoc autem ultra tyberim est: tamen quia pontem
habet ad mœnia usque ptinentem & erat ueluti arx &
ppugnaculum quoddā: Belisarius militibus suis occu/
pādū custodiēdūq; puiderat: eiusq; rei curā Cōstātino
mādauerat. Cōstātinus igit cū paulo āte uidiss& hostes
ratibus in tyberī missis ad eā partem urbis oppugnādā
accedere: quæ est inter martium campum & aureliam
portā: ueritus humilitati muroꝝ: nā erant in his locis
mœnia iuxta flumen nō satis munita: cū manu militū
ex Adriani mole eo accurrerat: nec satis multos in præ/
sidio molis reliquerat. Gotthi ergo ut diximus p absēti/
am præfecti capto inferiori ambitu molē ipsam expu/
gnare nitebant. Milites autem de superiori parte repu/
gnantes quo magis repellant hostes rem nefariā effece/
runt. Erāt in summa parte molis undequaq; pmagnæ
statuæ hominum equorum quadrigarum eccellente ar/
tificum opere confectæ. Has partim integras milites
demoliti in hostes præcipitarunt: partim confractas
in hostes deiecerunt. Ita præclara artificum opera: ac
multorum annorum labores: ac maxima eius sepulcri

15

ornamēta: militū siue rusticitas siue malignitas paucis
horis absūpsit. Inter hæc Cōstātinus repulsis a flumie
hostibus audito molis periculo per pontem succurrit:
additq; suis animos: atq; ipse ab inferiori parte hostes
iuadit. Per hunc modū seruata tandē moles est: atque
hostes repulsi. Ad prenestinā quoq; portā ubi Vitigis
rex & qui cum illo uenerant gotthi pugnabant ingens
periculū fuit. Erat enī nō pcul ab ea porta locus quod
uiuariū appellabant. Is locus mœnia habebat duplicia
aliquo spacio inter se distantia. Solū iter bina mœnia
planissimum erat: mœnia uero ipsa non satis munita.
Vitigis igitur & gotthi prima aggressi mœia: & si egre-
gie repugnabatur tamen ea peruicerunt. Bessas uero
præfectus diffidēs aduersus tantā gotthorū uī resistere
posse: Belisario ppere significauit quanto in periculo
res foret: utq; maturaret opē ferre admonuit. Eo nūcio
pmotus Belisarius relicto ad salariam portā præsidio:
ipse cū lecta manu militum per urbem discurrens ad
uiuarium peruenit. Aduentu suo redintegrata pugna:
crescūt militibus animi ob præsentiam ducis. Ipse etiā
cū suis in prælium descendit. Gotthi murū ab inferiori
parte pfregerant: ac magna uis eorum ingressa iter bina
mœnia uersabatur: pugnaq; in eo loco acerrima erat.
Tandē uero eum exitū habuit pugna: ut gotthi per eū
ipsum locum quo ingressi fuerunt cum magna suorū
strage euadere cogerent. Postq; uero egressi sunt in eos
perturbatos immissi milites longe illos summouerūt:
eorumq; machinas oēs incēderunt. Idem quoq; ad sa-
lariam portā accidit. Milites enim eruptione facta tur-
res & machinas cremauerunt. Per hunc modum roma
eodem die & oppugnata pluribus locis & defensa fuit.
Ceciderunt autem in his præliis gotthorū ad tria milia:

obsidio tamē durabat. Romani uero & si Belisarii uir-
tutes admirabantur: tamen querela aduersus illū erat:
q̄ cōtra tātas gotthorū uires exiguis ipse copiis cōcitato
bello romā in præsentes difficultates cōiecisset. Quod
sentiens Belisarius: neq; enim erat obscurum: & si alias
hæc eadē Iustiniano significauerat: tamen tunc maiore
in modū cōmotus uehementius scripsit: ostendēs obsi-
dionem urbis romæ ac multitudinē hostiū & paucitatē
suorū. Se enī ī sicilia ex eo quē duxerat exercitu panormi
& syracusis præsidia militum reliquisse. Neapoli uero
& cumis & aliis per italiam oppidis a se receptis: quod
necessariū fuerit pro illoꝝ tutela milites posuisse: Sibi
tantummodo ad quinque milia militum restare. Ob-
sideri uero a gotthis ducentorum milium exercitu. Ro-
manos horum periculorum insuetos haudquaḡ obsi-
dionem toleraturos. Quantum uero ad se attinet semel
uitā suā īperatori Iustiniano deuouisse: nec sua referre
tarde uel cito interat: cæterum uidendū esse quid ea res
honoris uel ifamiæ īperio romano sit allatura. His lit-
teris Iustinianus acceptis ualde cōmotus est: ac statim
copias quasdā iā paratas nauigare ī italiā iussit: & maio-
res alias parare cōstituit. Præerant autē his copiis quas
iā parauerat Valerianus & Martinus. Eaḡ hyeme per
ætoliam & acarnaniam hyemauerāt. Romanos hæc si-
gnificata ī spem cōtinuere. aduentū eorū primo quoq;
tempore expectātes. Dū hæc romæ gerunt Asinarius &
Vligifalus gotthorū duces quos in dalmatiā Vitigis cū
exercitu miserat: classēq; insup illis dederat coniunctis
sibi maximis barbarorum copiis salonas mari terraque
obsederunt. Constantianus enī īpar tātis hostiū copiis
munita prius affatī urbe obsidionē tolerabat. Nōnūḡ
etiā urbe egressus maxima gotthis damna mari terraq;

16

infererat. Roma iter hæc obsideri durius cœpit. Vitigis enim quoniã expugnatio prius têtata turpiter ei successerat: inquietior inde factus cuncta rimari ac perscrutari nō destitit: qbus obsessos pmaxime affligeret. Portus erat iuxta mare a dextra tyberis fluuii ripa: superque eo urbs ualido muro cicta: eo i loco naues cūcta quæ mari ferunt deponebant. Inde rursus terra uel fluuio romã portabant. Vitigis igit magnis suoꝝ copiis repente & inopinato missis urbem portuensẽ cepit. Oppidanis cōtra subitam gotthorū uim nequaqū satis ad resistẽdū paratis. Ex huius occupatione urbis magnæ confestim difficultates romæ creuerūt frumenti ac cæterarū rerū quæ usui sūt iportandi facultate sublata. Nam gotthi quidem præsidio militū ibi relicto oppidum ac fauces tyberis custodiebāt: nec iportari qcq̄ patiebātur. Nec multo post Vitigis rauennã misit: q ciues romanos oēs quos obsides duxisse supra ostẽdimus i terficeret. Erāt uero in his multi ex nobilitate: multi etiã ex plebe præstātes uiri: q omnes interfecti sunt præter paucos: qui re prius cognita aufugerunt. In quoꝝ numero fuerūt Ceruentinus & reparatus uigilii qui postea papa fuit Germanus. Hi enim re præcognita in galliã fugientes mortẽ uitarunt: cæteri piecerūt. In hoc romani populi dolore ob ciues rauennæ interfectos alius superuenit dolor. Belisarius defectum anonæ timēs romanis ciuibus edixit ut filios & uxores & omnẽ inutilẽ bello turbã neapolim mitterent. Idem milites quoque suos facere coegit: qbus uel scorta uel mancipia romæ forent. Viã autẽ abeundi per id tēpus duæ superant: una hostiẽsis iuxta sinistrã tyberis ripã uadētibus: alia mediterranea regione p ea loca quæ a castris hostium erant maxime diuersa: neque enim totam urbem ab initio cinxerant

gotthi ut diximus : sed ab aurelia porta ad prenestinā
obsidebāt. Per alia uero loca non temere neq; sæpe ua-
gabantur . Nā & damna incurrebāt si longius a castris
suis progressi forent : & sine magno copiarū apparatu
discursare nō poterāt. Ex quo fiebat ut uia appia & ho-
stiensis per id qdē tēpus tuto uaderetur. Romani igitur
uxores & filios & ibellē multitudinē miserūt. Pars eorū
ī campania : pars neapoli : pars in sicilia prout cuique
cōmodius fuit cōstitere . Romæ autē ānona iussu Beli-
sarii diligētissime p̄ singula capita distribuebat . Per hæc
tēpora Liberius papa in exiliū actus est a Belisario su-
spicione coorta cū gotthis eū sentire . Nec multo post
successor in pōtificatu ei datus est Vigilius papa . Alii
quoq; enobilitate romana in exilium acti ob easdē su-
spiciones : quorū e numero fuit Maximus : cuius p̄auus
post Valentiniani mortem īperiū arripuerat . Inter hæc
Martinus & Valerianus quos a Iustiniano missos su-
pra diximus romā uenerūt habētes eqtes ad mille sexcē-
tos . Erant uero hi magna ex parte hunni : aduentu horū
equitum recreatus Belisarius alia ratōe q̄ prius bellum
gerere cōstituit . Nō enī stās intra mœnia urbē tuebatur
sed p̄ singulos dies emissis eqtatu subitis īursionibus
hostes uexabat . Ex quo factū est ut mirificū hinc inde
accēderet certamen : & omnē experientiam ueniretur .
Belisarius enī ipse sciētissimus proeliādi dux eqtes qua
ratione agendū foret cōmouebat : mōstrabat quousq;
p̄gredi & ubi cōsistere oporteret . Et modo p̄ salariam
p̄cianāq; portā subito emissis eqtibus p̄xima gottho-
rum castra fatigabat : modo p̄ aureliā portam alia got-
thorū castra quæ īter sepulcrū Adriani erant & miluiū
pontem infestabat . His certaminibus Belisarii equites
p̄ualere cœperunt : nō quod totum eqtarum hostiū

ferrent: sed q̄ parem uel amplioꝛem numerū superare uidebant: peritiaq; bellādi & audacia anteire. In hunc modum exercitatis equitibus & iā contemnere hostem assuetis cū spes atq; animi obsessoz̄ creuissēt: eo deuētum est ut nō leuibus iam certaminibus: sed iusta acie decerneret. Belisarius enī crebrā p̄fectoz̄um ac militū adhortatione fatigatus experiri tandē maiorem pugnā decreuit: copiasq; suas in hunc modū disposuit: primo aciem unā per aureliā portam exire: & ante sepulcrum Adriani ad hostes uersam stare iussit. P̄fecit autē huic aciei Valentinū equitum p̄fectū: eiq; supra eq̄tatū pedites quoq; attribuit ex ueteranis militibus & ex populo romano q̄ uoluntarie id munus sibi poposcerāt. Hos uero pedites nō una cū eq̄tibus stare: sed sinistros montes qui a ianiculo discurrentes planiciei sup̄eminent occupare mandauit. Valentino autē p̄cepit ut q̄maximā expectationem inuadendi hostem p̄beret: ceterum pugnā nō iniret nisi laceffitus fuerit. Volebat enim illoꝛum gotthoz̄um partem quæ in his locis castra fecerat tantūmodo detineri: ne p̄elio quod salaria uia cōmittere decreuerat auxilium suis ferre possit. Duas subinde alias struxit acies: unam ad salariam portam: alteram ad pincianā: i frōtē equites: pedites i subsidiis utriusque collocauit: atque ita sua quanq; porta exire & ad hostem p̄gredi iussit. Vitigis gotthoz̄um rex cum ex trāsfuga postridie futurū p̄eliū cognouisset gotthos prima luce armari fecerat: Instruēda acie pedites medios. A dextra uero ac sinistra eq̄tes quasi alas disposuit: Ita Belisario obuiā progressus p̄eliū cōmisit: milites igit̄ ab utraq; parte statī acriter cōcurrunt. Duces uero post eos stātes hīc Belisarius: illinc Vitigis suos adhortabant. Et ab initio quidē pugnæ Belisariū milites lōge

præualebant: multiq; cadebant ex gotthorum acie. Et pugnabat sub ipsis hostium castris. Multitudine tamē abundātes gotthi in cadētium loco alios sūmittebant. In hunc modum ad meridiē usq; pugnatum ē: neutra parte superante. Alacrius tamē Belisarii milites dimicabant. Gotthi solū patientia cōsistebant. Inter hæc quæ ad sepulcrum Adriani stabat acies prælium commisit. Multitudo enī populi romani ex collibus descēdere in gotthos ceperat. Et Valentinus iplicatos suos prælio cernēs aciem cui præerat a sepulcro Adriani cōmouit: atq; hostes inuasit. Nec diu tulerunt gotthi præsertim multitudo illa populi quæ de superioribus locis descendebat cōteriti: nec ī eorū castra se recipere ualentes longius aufugerunt. Romanorū autē multitudo quam de mōtibus descēdisse supra diximus: statim ad castra hostiū diripienda cōtendit. Quo facto nec ipsi psecuti sunt hostes: nec milites psequi dimiserunt. Rapinam enī ab eis fieri cernentes milites ne expertes prædæ forent: omīssa psecutione hostium ad castra diripienda ipsi quoq; cōuersi sunt. Ita gotthi de manibus emissi cū nemo psequeretur in montibus pximis constiterūt. Inde castra sua agi ferriq; cernētes: cū neq; ordinē neq; disciplinam ullā in hostibus uiderēt: sese tandē cohortati rursus hostes inuasērunt: eosq; ipeditos ac rapinæ itētos pfacile superarūt: castraq; & prædā illis abstulerūt. Ad castra quoq; regia per hoc ipsū tēpus mutari fortuna cœpit. Peditatus enī permultus ex gotthorū pximis castris equitibus Belisarii obiectus cū quasi testudine scutoꝝ facta a frōte premeret: cogit tādē eos aliquāto pedem referre. Quod cum uiderent equites hostium dextræ alæ ipetu maiore Belisarii equitatū ex transuerso iuasere. Nec lōge tulerunt ipetum equites: sed terga

ad extremū dantes ad peditū suorum aciē se receperunt.
 Nec ea quidem sustinuit uim hostiū sed magna suorum
 eade in fugā uertit. In hoc tamen loco duorum cēturionū
 uirtus plurimum eluxit. Prīcipio & Taruunti nomina
 illis fuerunt: qui in fuga ceterorum locum suum non
 deserētes ipetum gotthorū diu sustinuerunt: spaciūq;
 dederunt suis se ī urbē recipiendi donec Prīcipius toto
 corpore uulnerato pugnans cecidit & circa illū cōmili-
 tonum suorum quadraginta duo. Taruūtes autem pari
 uirtute præditus cum sanguis p̄ multus ex uulneribus
 manasset uiresq; deficerent a fratre ex proelio ui retra-
 ctus & ad p̄cianā usq; portā reductus ibi corruit. Post
 hæc milites effuso cursu ad urbē refugerūt. Stātes uero
 in mœnibus romani clauserunt portas ueriti ne hostes
 simul urbē intrarent. Itaq; nō parua militum pars ex-
 clusa est: q; aggerem transgressi terga ad mœnia faciem
 ad hostes cōuersi stabāt unicā habētes salutis uiam si e
 mœnibus defenderēt. Nam tela plerisq; deerāt quibus
 tueri se possēt: omnibus uel in fuga abiectis uel ī proe-
 lio confractis. Sed q; p̄ mœnibus stabant eos lapidibus
 tutati sunt. Pugna hæc ad castra gotthorum ab initio
 coepta: postremo ad portas ac mœnia desiit. Ceciderūt
 autem ex Belisariū militibus permulti ac maxie uirtute
 præstantes. Post hoc proeliū Belisarius aliquot dies pu-
 gna abstinuit mœnia solum tueri contentus. Tandem
 uero cōfirmatis militū animis rursus educere illos coe-
 pit. Nō tamē totis pugnare copiis āplius ausus ē. Leuia
 tantū proelia ut prius cōsueuerat facere perseuerauit.
 Et fuerunt nonnulla ualde insignia: præfertī aduersus
 illa gotthorū castra: quæ erant citra miluium pontem
 ad aureliam portam conuersa. Est enim ibi planicies
 equestribus proeliis ualde apta: ī q; ea planicie theatrū

est ad ludos gladiatorios uetustis tēporibus ædificatū.
Circa id theatrū maxima certamina fuerūt: quod aut
Belisarii milites id theatrū occupabant: & quasi castris
illo utebantur: uel gotthi præuenientes insidias in eo
ponebant. Quin & ad portā salariā & ad pincianā per
singulos ferme dies leuia proelia cōmittebātur. Gotthis
igit̄ obsidionē in longū trahi cernētibus unica puicēdi
spes reliqua uidebat̄ si fame roma premeret̄: licet enī
portus ablatu magnas difficultates uisus esset & afferre:
tamē ut est hominū idustria præsertī ī idigētia solers:
onerariæ naues quæ portum solebāt petere antiū pete-
bant. Ibiq; expositū frumētū & alia necessaria pedestri
itinere romā deferebātur. Volentes igit̄ gotthi cōmodi-
tatem quoq; istā romanis auferre octaua circa urbem
castra posuerunt inter latinā & appiā uiam. Sunt enī
in his locis aquæ ductus duo fornicibus qui se interse-
cātes quasi in duo brachia scindunt̄: relictoq; in medio
aliquāto spaciū iteꝝ coeūt. Distat autem ab urbe milia
passuū circiter quinq;. Hunc igit̄ mediū locum occu-
pantes gotthi muꝝ inter colūnas arcuum undequaq;
fecerunt ex lapidibus & luto: castraq; per hūc modum
minutissima habuerūt: posueruntq; ī his castris septē
milia eqtū q; supra infraq; ifestantes latinam & appiā
& hostiensē uiam impediēbant oēm importandi facul-
tatē præcedentes. Ex hoc admodum durior obfessorū
conditio reddebat̄: ac fames haud dubia imminebat.
Quam diu tamen segetes in agris fuere milites noctu
roma egressi frumenta importabant ac magno precio
ciuibus uendebant: atq; ita indigentia sustentabatur.
Vbi uero hæc quoq; facultas defuit tunc desperata oīa
uidebāt̄. Iam solstitium uenerat æstiuum & pestis ro-
mæ grassari icœperat: frequētesq; moriebāt̄ nō e plebe

19

modo romana uerū etiam ex Belisarii militibus . Res
erāt in sūmis difficultatibus atq; angustiis . Itaque ad
Belisarium uenientes romani fortunam suam cōquesti
sunt: quod fidem īperatoris secuti in præsētes iciderint
calamitates. Suos enim ciues miserabiliter interfectos
rauēnā fuisse ab hostibus: urbē a barbaris ignominiose
obseffam: extra mœnia uastata oīa atq; cōsūpta. Intus
uero fame ac oīum rerū penuria intolerabiliter premi.
rogare Belisarium ut se ī hostem educat . Præstare enī
sibi armatis mori q̄ fame tabescere ac tantas calamita-
tes dedecoraque perferre . Belisarius uero hæc audiens
nō satis clamēter respōdit illis. Eos q̄dem temere īcon-
sulteq; deferri inquit. Quod ea sit natura populorum
ut īpetu magis q̄ ratōe moueant̄ . Se cōsilio ac ratione
non īpetu animi regi cōsuesse . Expectare ab īperatore
copias q̄bus adiunctis si pugnādū fuerit certā suis ui-
ctoriam polliceri ualeat . Eas dē illas copias infinitam
quādā uim frumēti secū afferre. Proinde abirent ac sibi
curā belli relinquerent. Romanis per hunc modum uel
cōsolatis uel deteritis ipse animū in eā cogitationem
traducere cœpit quēadmodum gotthis difficultates rei
frumētariæ quamplurimas inferret. Eius rei gratia hæc
puidit Cōstātinum & Traianum cum equitibus mille
Taracinā: Martinum & Seuthim cum quingētis tybur-
misit. Aliam itē manum eq̄um apud albā collocauit.
Hisq; omnibus præcepit ut q̄ maxime possēt cōmeatus
impedirēt ad Gotthorū castra deferri: & simul adiuua-
rēt romā petere uolētes. Ne uero castra ad aquæ ductū
posita nocerent præsidium apud tēplū Pauli apostoli
cōmuniri fecit: eq̄tesq; in loco eo statōes habere iussit
& q̄ late possent uias a gotthorū incursionibus tueri .
Est autē ecclesia beati Pauli uia hostiēsi diuersa p̄tinus

regione ab ecclesia beati Petri utraq; extra urbē: utraq;
porticū habēs a porta urbis ad ipsā ecclesiā. Hæc duo
apostolorū tēpla gotthi in tota illa obsidione nunq̄ ui-
olauerunt. Sacerdotes ut prius libere in illis pmanētes
rem diuinā exequēbant. Constantinus igit & Traianus
taracinā profecti cū neapolī pfecturā Belisarii uxorem
Antoninā reliq̄ssent: Ipsi retro cōuersi oppida illarum
partiū quæ gotthis dabāt subsidia puaferunt: breuiq;
effecerūt ut nihil penitus ex locis illis ad gotthos defer-
rent. Martinus uero & Seuthis tybur profecti cū disie-
cta eius oppidi mœia refecissent: quotidianas gotthis
molestias ex eo loco inferebāt: & comēatū deferri in
castra phibebant. Idem fiebat ab iis q̄ albā missi sunt.
Ex quo breui admodū tēpore euenit ut gotthi obsidē-
tes nō minoribus difficultatibus afficerēt q̄ obsessi: &
supra defectū frumēti pestilētia quoq; castra gotthorū
puaferat. Inter hæc aliæ copię a Iustiniano missæ i ita-
liā puenerūt. Fuerūt autē eq̄tes thraces octigenti quos
ducebat Ioānes Vitaliani fratris filius: ex delectu autē
mille trecēti: q̄bus præerāt Alexander & Marcentius &
Zeno: præterea classe aduecti fuerāt peditū tria milia
quos ducebāt Paulus & Conon. Erāt præterea neapoli
pedites quīgenti quos parauerat pro copiis cæsariēsis.
Hæ omnes simul copię i unū cōueniētes romā petere
cōstituerāt. Afferebāt uero secū multū ac magnū cōme-
atū. Iter eq̄tibus erat iuxta mare: classis autem pedites
deferebat. In eadem classe magna uis frumēti: per terrā
quoq; magno uehiculorū numero frumentū portabat.
Belisarius autem sentiens eorū aduentū ac metuens ne
gotthi eos inuadant hæc machinatur. Portæ flaminie
quā ab initio obsidionis obstrui fecerat demoliri ipedi-
mēta per noctē iussit: ac milites prima luce ad eā portā

20

structos paratosq; cōtinuit. Traianū uero & Diogenē
cū mille eqtibus p pincianā portā emisit: iubens ut ad
castra hostiū magno tumultu discurrant. Et cū egressi
in eos fuerint hostes: fugā ipsi arripiāt: nec prius cōsi-
stant q̄ ad portā ipsā unde egressi fuerant peruenissēt.
Hæc facta cū essēt & ad pīcianā portam proeliū cōmit-
teretur: Belisarius cū reliquo exercitu repente flaminia
porta egressus ad castra gotthorū cōuolauit: īparataq; &
uacua ab ea parte repperit: utpote q̄ a porta flaminia
iādiu obstructa nihil penitus suspicabāt. Itaq; nō mul-
tū abfuit quī castra ipsa caperent: uersus deīde Belisa-
rius ad pincianā portā mediosq; nactus hostes cū ipse
a tergo inuasisset: illi uero q̄ prius fugerant a fronte re-
pugnarent īcredibili cæde illos oppressit: tantusq; fuit
ex hoc proelio apud hostes terror ut ī castris uigiliæ du-
plicarēt: nec de ulla re cogitarēt magis q̄ ut se ab īsidiis
Belisarii tutos præstarēt. Per hunc modū impeditis &
cōteritis hostibus copiæ nullo impedimento hostiam
puenerunt. Gotthi igit̄ multis īcōmodis fatigati cum
īsuper nouas uenisse Belisario copias intellexissent: de
dissoluenda obsidione cogitare cœperunt. Iā enī mul-
tudo ingens in eorū castris uel peste uel ferro absūpta
perierat. Multi etiā morbo aut uulneribus deseruerant
castra. Itaq; Vitigis legatione romā missa cū multa hīc
inde dicta respōsaq; fuissēt de iustitia causæ: tandē ad
Iustinianum īperatorem controuersias deferri consen-
sit: ut ex eius auctoritate res cōponerentur: legatique
ob hoc missi ac trium mensium īdutiæ donec redirent
legati factæ: obsidesq; hinc inde traditi pro indutiis ex
fide seruandis. His cōfectis copiæ & commeatus quæ
hostiæ cōuenerant: terra & fluuio romam deuenerūt.
INCIPIIT LIBER SECVNDVS



VM IN HOC STATV RES essent: bellumque cessaret ob indutias factas. Belisarius tamen romam: gotthi castra: munitōesq; custodirēt: querelæ & altercatōes ortæ sūt p̄ idutiis cōtra fidē uiolatis ex huiusmodi causa. Præfidiū gotthorū erat apud urbē portuensē ut supra ostēdimus. Milites q; erāt ī præsidio cū deficerēt sibi necessaria ad uictū: urbē illā deseruerūt: desertam uero Paulus Isauorū præfectus q; hostiæ cū classe remāserat occupauit. Nec multo post Centūcellas urbē maritimā in tuscis desertas eodem modo a gotthis Belisarii milites susceperūt. Albā quoq; urbē quæ est ī marsis eodē mō deseruerūt gotthi: & Belisarii milites occupaūt. Vitigis cū has urbes captas ab hostibus cognouisset: oratores romā misit: q; ruptas contra fidem idutias quererēt. Portū enī ac Cētūcellas & albā gotthorū oppida cōtra fas & æquū ablata fuisse: nec deseruisse gotthos eas urbes sed uocatu suo uenisse ad se q; erāt in præfidiis mox ī eadē oppida reuersuros liberiusq; id fiducia idutiarū factū esse a gotthis. Nec licuisse Belisario eas urbes p̄ idutias capere. Itaq; restitutōem facere debere. His legatis Belisarius ī hūc modū respōdit. Redite iqt ad regē uestrū: eiq; dicite quæ de uocatu redituq; præfidiōrū allegāt ab eo cōponi: cæterū oibus patere qbus de causis gotthi eas urbes pro derelictis habuerūt: indutiis qdē eripere auferreq; uetari. Occupare uero quæ a nullo possidentur nequaq; phiberi. Ex hoc suspiciōes isurrexerūt quærētibus gotthis paria Belisario referre. At enī tres illæ urbes a Belisario susceptæ pmagnas sibi opportunitates ad bellum afferebāt. Iā aduētabat hiems. Belisarius uero copiis abundās mittere ī hiberna eqtes cōstituit. Misit igit & in alia loca & ī agrū picenū eqtum duo milia. Præfecit autem his

21
copiis q̄s i picētes misit Ioānē Vitaliāi: eūq; admoūit qd fie-
ri i his locis uelit: esse qdē i picētibus uxores ac filios gothorū
Viros aut ad obsidionem urbis romæ populariter accessisse.
Si maneāt indutiæ: nihil moueat. q; si gotthi cōtra idutiā
fidē moliāt: ipsū oīa prædari & rape: & oppida q̄ multa pōt
cape mādauit. Si quod oppidū repugnet id obsidere iussit:
nec ulterius p̄gredi prius q̄ id cepit. Neq; n. tutū fore post
se hostiū oppida reliquētē ulterius p̄ficisci: his uerbis ac mā-
datis Belisarius Ioānē i picētes cū exercitu misit. Per hoc ipsū
tp̄s Datus mediolanēsis præsul & cū eo ciues aliq; medio-
lanēses ad Belisariū ueniētes urbē mediolanū i potestātē ip-
atoris fore dixerūt si uel modicū præfidiū eo mittat. Se q̄dem
potētes esse nō mediolano solū sed uniuersa ex gallia cisal-
pina gotthos expellere mō impatorii noīs auctoritas adsit.
Hos Belisarius beigne susceptos ac multis aplissiq; uerbis
cōmēdatos bonā sp̄e h̄re iussit: ac se cū tp̄s fuerit factus q;
postulet affirmauit. Eodē tp̄e cū p̄spa ac læta uiderent esse
oīa piculū supueit horrēdū: quod puo momēto cūcta pene
subuertit. Præfidius erat qdā ciuis ro:is cū rauēnæ habitare
cōsueffet ab initio huius belli clā ide aufugerat: romāq; p̄fi-
ciscebat. In itinere aut Cōstātini milites spoleti degētes gla-
diū huic preciose ornatū abstulerūt. Is ergo spoliatus & iuriā
idigne p̄pessus querela apud Belisariū exposita reddi ablata
sibi postulauerat. Belisariusq; præcepit gladiū illi restitui.
Sed bello & obsidione postea urgēte dilata res fuerat militi-
bus occupatis & duce maiorū reū cura abducēte. i hoc demū
tp̄e cū lætiora ut diximus cūcta essēt: Belisario p̄ urbē eq̄tate
Præfidius frenum eq̄ apprehendit ac magna & querula uoce
multis audiētibus nūqd hoc mereat ciuis. ro. q; apud hostes
relictis oībus rebus suis aufugerit ut a militibus eius spoliet
& iuria afficiat īterrogabat. Se qdē cōtra iuriā & uī sibi illa-
tā sæpius querelā posuisse: nihil reportasse cū tamē illi ipsi
q; uī sibi attulerūt & res habeāt ablatas i urbe atq; i oculis eius
quotidie uersēt. Hæc dicta Belisariū pmouēit. Itaq; domū

reuerfus uocari ad se Cōstātinū fecit: eius enī milites erāt q̄
gladiū abstulerūt: ipsūq; præsētē acriter reprehēdit: q̄ sapius
iussū suū restituēdi gladii cōtēpsisset . Ego uero iqt Cōstāti-
nus potius illū gladiū ī tyberī abiiciā q̄ illi nebuloni reddā .
Hæc ualde cōtumaciter & p̄terue . Tū Belisarius nūqd tu mi-
hi subes? subsū iqt postq̄ ip̄ator ita uult . Vex̄ ī hac una re
nūq̄ tibi parebo: cū hæc audisset Belisarius: magis iritatus ē ac
uocari apparitores iussit: Cōstātinus aut̄ putās ī p̄niciē suā
apparitores uocari furibūde arrepto pugiōe q̄ sibi ad coxam
pēdebat ī Belisariū ruit: eūq; paulo infra stomachū p̄cussit.
Quod nisi circūstātes subito accurrissēt: ac ī extorto pugiōe
ipsū ī maibus apparitorū tradidissēt sup̄rema dies illa Beli-
sario fuisset: eiusq; īteritus cūcta simul secū ī ruinā traxisset:
gotthiq; eodē die rex̄ domini efficiebāt . Sed nō p̄misit dei
benignitas tāta mala cōtingere . Cōstātinus paulo post iubēte
Belisario īterfici . Nec multo postea gotthi furtī romā cape-
re tetauerūt : primo p̄ aquæ ductū quēdā uia noctu quæsitā :
deīde ratibus traiecto ane iuxta martiū cāpū . Sed utroq; in
loco eos fefellit spes . Nā & p̄ aquæ ductū cōspecta lumina
fraude illoꝝ detexerūt: & obstruso aquæ ductu facultas eis præ-
cisa ē īuadēdi: & ad cāpū martiū detecta p̄ditio conatū eoz̄
iritauit: fuit aut̄ p̄ditio ī hūc modū cōposita . Duo ex īfima
plebe hoīes iuxta teplū beati Petri habitabāt . Id tēplum ut
ostēdiūs: gotthi nūq̄ uiolauerūt: sed ædificia eius & hoīes ī his
habitātes ueneratōe apostoli illæsa seruabāt . hi ergo duo ser-
monē cū Vitige habuerūt de urbe p̄dēda . Quærebat̄ uero fa-
cultas talis . Infra cāpum martiū quodā loco ualde īutilia &
pene neglecta erāt mœnia confisis utputo ueteribus muni-
mēto tyberis . Vitigis igit̄ lītres & rates & oīfariā nauigia ad
pōtē miluiū parari fecerat . Noctūq; latēter secūdo amne di-
missis ratibus militibusq; īpositis urbē īuadere cōstituerat .
Multitudīe enī exercitus ī exteriori ripa existēte p̄facile fore
sperabat ut expositis primis militibus aliisq; atq; alii conti-
nuo iisdē ratibus trasirēt . Vigiles mō qui ī eo loco stabant

cogitationē suam impedire uidebātur .Ad hoc quæsitā duos
 romanorū ope pecuniā sibi conciliarat: traditūq; eis sopiferum
 medicamētū uino admiscere iusserat: ut uigilibus potū da-
 rēt: illi hausto potu sopirēt. His ī hūc modū cōpositis alter
 eorū pœitētia ductus rē Belisario patefecit: captoq; altero me-
 dicamētū sopiferū quod sibi rex dederat reptū ē: ac tota rei
 series tormētis expressa. Huic igit hōi iussu Belisarii nasus &
 auriculæ aputatæ: ipse asino ipositus p picianā portā ad ca-
 stra gotthorū missus ē: ut cognosceret Vitigis detectam esse
 fraudē & conatum suū patefactū .His ita manifeste depre-
 hēsis: Belisarius posthac seruādas sibi indutias neq; existi-
 mauit .Quare ad Ioannē scripsit ut rē exequeret. Ille enī cū
 duobus eqtū milibus agrum picenū puadēs uxores natosq;
 gotthorū cepit: prædisq; & rapinis regionē totā iuoluit. Vgli-
 theū uero Vitigidis patruū cū gotthorū copiis sibi obuiam
 pfectū prælio supauit: ipsūq; ducē cū magna pte copiarū
 occidit: ita uictor factus oīa puadebat. Captis pmultis agri
 piceni oppidis cū auximo copias admouisset : cognouit id
 oppidū nō magno gotthorū præsidio custodiri: sed locū esse
 ualde munitū. Itaq; neq; teredū ī eo obsidendo tpūs existi-
 mās ad ulteriora pcessit: Idē quoq; statuit de urbini obsidi-
 one . Vrbs enī munita & ualida lōgā obsidionē necessario
 postulabat : ipse ī celeritate spē collocauerat: Fanū & pisaurū
 cepit .Deide arimino copias admouit ductus illa spē quod
 ciues ariminēses nō bene cōuenire cū gotthis audierat. Cū ei
 municipio copias admouisset tātū terrorē intulit gotthis ut
 diffisi ī eo loco cōsistere Rauēnā omēs demigrarēt: ciues aut
 portas sibi apueūt. Per hūc modū Ioānes ariminū cepit reli-
 ctis post se duabus ualidis urbibus a gotthis custoditis auxiō
 scilicet & urbino . Fuit hoc totū cōtra Belisarii præceptum .
 Sed ipse præstare cēsuit ariminū cape q̄ circa auximū & ur-
 binū ianiter desiderē i ductus ē īsuper illa ratiōe: qd arimio
 tā ppiquo rauēnæ oppido capto nō erat credēdū gotthis in
 obsidiōe urbis romæ pmanfuros: sed celeriter esse abituros:

quo rauēnā circūq; ea loca tuerēt. Quod & factū ē: simul enī atq; itellexerūt gotthi ariminū esse captū obsidionē urbis romæ dissoluere atq; ide abire statuerūt. Itaq; Vitigis paucis post diebus crematis castris cū oibus gotthorū copiis abiuit. In ipso quoq; recessu magna detrimenta suscepit: ppter ea quod media iā exercitus pte trāsgressa pōtem Belisarius postremos a suis iuadi iussit: multisq; gotthorū interfectis reliq; tāto tumultu & festinatiōe pōtē trāsire coacti sūt ut ab utraq; spōda multi in flumē præcipitarent. Durauit aut hęc obsidio urbis romæ āno itegro & diebus nouē cū idibus fere martii incoepisset. Post solutā romæ obsidionē quæ ab utrisq; facta ac pūsa fuerit psequimur. Vitigis enī licet rauēnā ire pparet urbes tamē hetruriæ & aliarū puīciarū cōtīere ī potestate studebat. quā ob rē mille eqtes Clusiū: totidē urbeueterē misit: Tuderti quingētos: auximi quattuor milia collocauit: urbini duo milia: Cesenæ quingētos: montisfereti totidē. Ipse cū reliquo exercitu ad obsidēdū ariminū pfectus ē. Belisarius autē post recessū gotthorū Martinū & Ildigerē cū equitibus mille festinare ariminū iussit. Indeq; Ioānē & eqtes q cū illo erāt abducere: pedites uero ibi collocare. Id ea ratione faciebat: quod optimū eqtatū nolebat ab hostibus circūfēderi. Si enim peditū copiæ arimini forent uix putabat gotthos eā urbē obsidere uelle. Et si obsiderēt facilius toleraturos obsidionem pedites q equites existimabat: cum equos in obsidione nutrire difficillimum sit: pedites autem ex ancona quæ urbs nuper in fidem uenerat mari ariminum deferri commodissime posse. Ildiger ergo & Martinus celeriter profecti diuersis ab hoste itineribus ariminum peruenerunt. Nam gotthi multitudine exercitus facere tardius iter compellebantur: hi expediti longe ātecesserūt. Cū ergo ariminū puenissēt: ac mētē iussūq; Belisarii significassent

Ioannes neque ipse parere uoluit: neque Damianum pa-
 truelem cum suis equibus ad quadringentos hi fuerunt
 parere permisit. Quare Ildiger & Martinus arimino ab-
 euntes omnem equitatum quem Belisarius Ioanni de-
 derat abduxerunt relictis solummodo peditibus & equatu
 proprio Ioannis et Damiani. Inter hæc Vitigis ueniens
 ariminum obsedit: primoque statim tempore ligneam
 turrim muroꝝ altitudini paræ fabricari fecit. Ducebant
 uero eam turrim non boues ut romæ factum erat: sed
 milites intra machinam inclusi. Eam igitur tunc gotthi contra
 illam muri partem ubi facilius erat aditus constituerunt:
 postredie urbem expugnaturi. Ioannes autem per noctem
 eductis militibus fossam latam et profundam ab ea parte
 effecit: aggeremque totum ad eam partem fossæ quæ ad
 moenia uersa erat cõgessit. Ita longum hostium laborẽ
 unius noctis opere frustratus facultatem admouendi
 turri ad moenia sustulit: Vitigis nihilominus cõplere
 fossam in animo habebat: totumque exercitum parare fascis
 & stipulam & materiam iusserat. Ne uero turris ipsa nocte
 secutura ab hostibus cremaretur: abducere illam retro
 uersus castra statuit. Id cum facerent gotthi Ioannes e-
 ductis militibus illos opere occupatos inuadit. Comit-
 titur magnũ & atrox proeliũ circa turri multi gotthos
 cadunt: tandem post longũ certamẽ turrim gotthi retra-
 xerunt: sed tanta suorũ cæde tantoque detrimẽto optimi
 cuiusque pugnatoris ut spẽ obiceret uis oppidum expu-
 gnandi sed fame peruincere obsessos cogitarẽt. Per hæc
 ipsa tẽpora mediolanensibus legatis qui romã uenerat
 auxiliares copias Belisarius cõcessit. Præfecit autẽ oibus
 copiis Mundilam unum ex familiaribus suis uirum in-
 primis strenuum. Fuit etiã simul cũ his copiis fidelis
 mediolanensis: quem domus regie præpositum fuisse

diximus. Hi oēs ex urbe roma classe genuā delati inde pedestri itinere mediolanū petiuerūt. Ne uero trāfitu padi detinerent lembos uehicularum detulerunt: quibus trāsmittere anem possent. Profecti igitur ut diximus cum tandem transmissio pado ad urbem ticinum quæ nūc papia dicitur puenissent gotthi ex eo oppido egressi illos inuaserūt. Quod enim id oppidum arcē habebat munitissimam multa ac preciosa in ea gotthi seposuerant: ac magno ualidoque præsidio illam tuebantur. Commisso itaque leui proelio gotthi intra urbem compellunt. Mundilas uero & copiarum pōtem qui iuxta urbem erat transfierunt. In hoc loco Fidelis mediolanensis occidit. Nam cum orandi causa templum quoddam intrasset & abeuntibus suis ipse postremus templo exiret equoque detractante cecidisset: hostes qui pro mœnibus stabant hæc cernentes impetu facto illum interfecerunt priusquam Mundilas & milites id animaduernerent. Eius uiri interitus magno dolori fuit et duci et militibus. Erat autem uir domi nobilis et potēs et qui multum iuuare susceptum bellum sua præsentia potuisset. Mundilas igitur & alii mediolanum profecti in urbem recipiunt: inde comū et bergomum et nouaria & aliarum illarum partium urbes exemplum mediolani secutæ Mundilam et milites sponte sua receperunt. Vitigis cum ea quæ mediolani acciderant cognouisset Vraiam fratris filium magno cum exercitu ad ea loca transmisit: qui et contineret in fide ciuitates quæ nondum a gotthis defecerant: et illas quæ iam defecissent recuperare conaretur. Scripsit etiam ad Theudabertum francoꝝ regem qui cum eo foedus nup̄ icerat petens ut auxilia sua Vraiam coniungeret: et res quidem galliæ in hoc uel statu uel expectatiōe erant. Belisarius autem cum maturescerent iam segetes: roma egressus

24

exercitum in hostes duxit. Gotthi uero q̄ tuderti & qui clusi in præsidio relictī fuerant Belisarium aduersus se uenire sentientes: quoniam sese impares fore tantæ dimicationi existimabant: confestī missis legatis pactiōe oppida dedidere. Inter hæc Vitigis alias insup̄ copias auximum misit. Eam nanq; urbem retinere ac seruare penitus constituerat: misit & cū his copiis nouum præfectum: q̄ urbi militibusq; præflet nomīe Vacinium. Is ergo cū ueteri præsidio nouas copias miscuiss&: anconam finitimam urbē quæ Belisarii præsidio tenebat̄ expiti constituit. Quare p̄fectus cum oibus copiis in anconitanos duxit. Ea ciuitas p̄ id tēpus in mōte solūmodo mœnia hēbat: planiora uero sub mōtē loca q̄uis ædificiis frequētata essent tamē nullis mœnibus clauderant̄. Cum igit̄ aduētaret̄ gotthi Conon q̄ præfectus militum anconæ præerat timēs ne ædificia suburbana habitatoresq; eorū ab hostibus uastaret̄ a superiori oppido descendens cum oibus quas habebat copiis ueniēti hosti se obiecit. Erat uero Conon admodum impar. Quippe aduersus quattuor gotthorum milia ipse uix mille habēs milites cōgrediebat̄. Itaq; temerarii cœpti cōfestim pœnas luit. Cum enim tantā multitudinem hostium ferre nō posset: p̄fligatus ad extremum & in fugam uersus magnā suorū partem amisit: & urbs ipsa uix atq; anxia ea die seruata est. Na cū fugerēt milites effuso cursu ad oppidū ciues ne mixti fugientibus hostes intra mœnia penetrarent portas trepidi clauserūt. Itaq; sub ipsis mœnibus magna strages ē facta. Adeoq; urgens piculū fuit: ut Conon ipse nō aliter q̄ per funē de mœnibus dimissum ī urbē receptus sit. Gotthi uero scalis admotis cape urbē conabant̄. Alii igne cōiecto ædificia omnia quæ sub ipsam urbem fuisse diximus

- Narces
- eunuchus.

cremauerit. Haud multo post hæc aconæ gesta: Narfes cum exercitu nouo uenisse in italiã nunciatus est. Erat uero Narfes eunuchus multumq; gratia et potentia apud Iustinianum ualebat. Deniq; unus hic impatoris aulam plurimum gubernabat. Idem quod maximum est pecuniarum impialium receptor ac dispensator: idem consiliorum omnium particeps & interdum auctor. Adduxit autem in italiã militum quicq; milia. Insignes uero inter hos erat Iustinus Illyrici militis dux et alter Narfes genere persa. Secuti præterea fuerat erulorum duo milia quibus præerat Isandrus & Phauotheus. Belisarius inter hæc audito anconitanorum piculo uenerat in picetes: idem fecerat et Narfes. Circa urbem simul duces ipsi et exercitus in unum conuenerunt. Ibi cum de communi bello consultarent & quod potissimum primo quoque tempore agendum foret quaereret: difficultates quædam subesse uidebant. Nam si auximum obsiderent Ioannes & qui cum illo obsessi erant arimini manifesto in piculo relinquebant: præsertim cum necessaria illis defecissent: sin ariminum uaderent magnæ gotthorum copiarum quæ auximi erant post terga remanebant cum piculo exercitus ac detrimento prouinciarum. In dicendis autem sententiis plerique eorum quod ordines ducebant temeritatem Ioannis accusabant: quod contra iussum Belisarii sese arimini inclusisset: quod superbia & auaritia ductus cuncta per arbitrio fecerit nullo respectu ducis aut mandatorum. Id cum animaduertisset Narfes ueritus ne his rationibus Ioannes negligeret (erat enim sibi amicissimus) in hunc fere modum sententiam dixit: cum de publica uiri utilitate consulit: est quod ut existimo utilitas ipsa per se inspicienda: nec aliis respectibus uel odii uel amoris pessundanda. Atque ego remotis aliis cum rem de qua consultamus attendo: hanc differentiã uideo

25

mihi discernere: quod si obsidionem auximi nunc differamus: nil tamen uetat post aliquot dies eadem obsidionem assumere: subueire autem militibus quod arimini obsidetur si nunc differamus non licebit postea subuentionem facere: fame enim domiti intra paucos dies sese dedere hostibus compellent. Quis igitur rectus existimator dubitet illuc esse periculum ubi irreparabile periculum urget? At non meretur Ioannes: quod & mandatorum ducis contemptor fuit: & se sponte sua in id periculum coniecit. Sint haec uera omnia quae de Ioanne dicuntur. Quid ergo an odio Ioannis et urbem ariminum tanta existimatione dignam & optimos innocentissimosque milites qui in ea obsident amittere sustinebimus? Te autem quaeso dux optime ac praestantissime Belisari si a Ioanne offensus es uindictam eius delicti aduersus impatorem Iustinianum exercere uis: cui & ariminum et milites perirent cum magno rei publicae uulnere. De nobis denique ipsis et de exercitibus nostris quae tandem existimatio erit si in oculis pene nostris perire socios et urbem obsessam capi ab hostibus nobis sedentibus et spectantibus permittamus? Ego igitur his rationibus permotus ducendum exercitum perire ariminum et opem obsessis ferendam censeo: postea uero et auximum et alia inimica loca si id uidebitur obsidendum. Aduuauit Narsetis sententiam quod litterae Ioannis ad Belisarium scriptae per hoc ipsum tempus uenerunt: quibus fame confectos milites perpigisse moram septem dierum significabat: operaque sibi perire ferri postulabat. Sententia Narsetis in consilio approbata cum subuenire quamprimum statuissent. Belisarius in hunc modum prouidit: primo Aratum cum militibus mille in illis ipsis locis remanere iussit: eique praecipit ne se commoueat: ne uel fortunam ullam tentet: castra solummodo si hostis adueniat tueatur. Deinde

53

classē ornauit: impleuitq; militibus qbus Herodianū
& Vliariū præfecit: imperium uero totius classis penes
Ildigerem esse uoluit: nauesq; statim ariminum uersus
nauigare iussit. Partē uero exercitus Martino ducendā
tradidit iubens ut æqs spaciis cum classe per littus iter
facerent. Cumq; in conspectum uenissent hostium tūc
ignes de industria plures in castris fierēt quo maiorꝝ co-
piarꝝ opinionem præberent. His itaq; p mare littusque
cōstitutis ipse diuersa a mari uia p urbem salniā tenu-
it: ea fuit quōdā urbs magna satis quā Alaricus & got-
thi q primi in italiā trāsiuerūt: ad solum euerterāt ita ut
præter ruinas nihil superesset. Per hāc igī trāsiens Belisa-
rius mōtibus iter fecit: uitata planiori uia quæ p fanesē
pifaurensēq; agrū ariminū ducit. Cum enim multo
maiores hostium copiarꝝ circa ariminum essēt q ipse hē-
bat: ualidas etiā gotthorꝝ copias auxiliari reliqueret sibi
post terga censebat ingenio potius et astu esse utendū
aduersus gotthos q iusta acie dimicādū. Profectus igī
qbus diximus itineribus cum ad eos mōtes puenisset q
cōtra ariminum insurgunt: quosdā hostium ut par est
in magno exercitu p ea loca uagātes offendit: qbus uel
interfectis uel captis nōnullos eorū uulneribus faciem
caesos dimittere iussit. Illi uero in castra gotthorꝝ redeun-
tes Belisarium adesse cum toto exercitu nūciarūt: ad fidē
uero huius rei uulnera recens accepta ostendebāt. Erat
uero meridies cum hāc in hostiū castris nunciata sunt:
statimq; arma cape miles iussus: & i suos qsq; ordines
redactus. Duces uero structa acie descensum Belisarii
expectabāt oculos cōtinuo ad mōtes unde uenire dice-
bat cōuersos tenentes Belisarius i mōtibus ipsis castra
fecerat pcul arimino meridiei itinere: nec ea die ad ho-
stes descendit. Itaq; gotthi frustra expectātes tandē ad

occasum solis acie dissoluerit. Sed cum aduenisset & nox
 ignes p̄ multos in littore diuersa regione qua Belisarius
 uenire nunciabat̄ intuentes: erāt autē ignes quos Mar-
 tinus atq; eius castra faciebant maxio in metu ea nocte
 uersati sunt: nec fuit eorū q̄sq; q̄ sōnum capet uel arma
 exueret: die autem facta classē insup̄ cōspiciunt structā
 ac paratam arimino p̄p̄inquantem. Itaq; a duobus si-
 mul exercitibus et a classe mari terraq; circunuentos se
 arbitrati obsidionem ilico dissoluerunt: nullo ordine
 rauennā ex fuga repetentes. Ildiger cum classe primus
 arimino applicuit: egressusq; in terram castra gotthorū
 diripuit. Nec multo post Martinus & Belisarius cum
 exercitibus sup̄uenerunt. Cum uero Ioannē & milites
 q̄ cum eo obsessi fuerant pallore & inedia cōfectos Be-
 lisarius cōspexisset cōuersus ad Ioannem quasi eius te-
 meritati illuderet p̄ magnas inq̄t gratias Ildigeri debes.
 Ad hęc Ioannes sup̄be nimiū respōdit: Se Ildigeri q̄dē
 nullas debere gratias: sed Narseti oēs ostendere uolens
 nullam Belisario curā fuisse salutis suæ nisi Narses cō-
 pulisset. Verba hęc Belisariū turbant: & fuerunt dissen-
 tiōis initium. Ioānes enim posthac Belisariū formidās
 Narseti adhæsit. Cæteri quoq; familiares malis suasio-
 nibus Narsetē iritabant: nec decere aiebant quæstorem
 impiū & secretorū oīum participē secreta Belisarii sequi
 præsertim cū ipse Narses hēret exercitū numero ac ro-
 bore uiroꝝ præstātem lōge Belisarii exercitui: debereq;
 Narsetē recup̄atā italiæ gloriā sibi nō Belisario uēdica-
 re. Hęc Narsetem ita extulerunt ut seorsum castra sua
 facer̄: ac nihil ex his seq̄ uellet quæ Belisario uidebāt̄
 ac sua p̄ se cepta cōsiliaq; de bello iniret: simul tamen
 ad obsidionem urbini p̄fecti sunt: non tamen eisdem
 castris: sed Belisarius contra eam partem urbis quæ ad

orientem spectat solem: Narses uero ad occidentem cō-
sedit. Cum uero expugnare urbem Belisarius statuisset
machinasq; pararet: Narses quasi rem uanā deridens
post paucos dies q̄ eo uenerant deserta obsidione cum
exercitu suo ariminum rediit: Belisariūq; & suos reliq̄
deteriori cōditiōe q̄ si ipse ab initio nō ueniss&: hostes
uero cernētes partē exercitus abire fiduciā supra modū
assumpserūt: nec iā eam partem quæ remanserat formi-
dabāt. Belisarius cōtra eā portā qua planior ad urbem
est aditus: uineas agere incep̄at & omnino expiri expu-
gnationē cōstituerat. Cū igr̄ se ad ista parar& felicitate
quadā occidit ut fons q̄ unicus urbini fuerat spōte sua
exarescer&. Quare deteriti q̄ obsidebātur pactiōe inita
urbem dedidere ut gotthi urbinatesq; ciues imperatori
Iustiniano subessent æquo iure cū aliis italicis q̄ impa-
tori parebant. Urbino recepto Belisarius quoniā nōdū
auximi tentanda obsidio uidebat̄ in urbanetanos exer-
citum duxit. Eius quoq; urbis difficillima expugnatio
erat: quoniā in saxo undiq; præciso constituta nullum
fere aditū expugnātibus dabat. Sed spes erat ī defectu
frumēti. lōgo enim bello attrita italia ac multis exerci-
tibus calcata singulæ ciuitates frumēti penuria labora-
bant. Qua etiā penuria urbs uetus ad extremū domita
in Belisarii potestātē deuenit. Narses cū arimini ess&
Ioānem Vitaliani cū exercitu misit ad oppidū cesenā
expugnandum. Ibi dū moenia scalis aggredit̄ repulsus
multis uulneribus frequētes suos& amisit: et Phanothe-
us erulorum dux in ea oppugnatiōe interiit. q̄ ob rem
cesena desistens Ioannes ad fos& Cornelii duxit: eamq;
urbē dantibus sese incolis suscepit. Per idem tempus
Mūdilas & q̄ cū illo mediolani erāt maximis difficul-
tatibus inuolui cœpunt. Theudebertus enim francos&

rex ab Vitigide ut diximus ex foedere postulatus. x. mi-
 lia burgundionū ad uraiā miserat: qua ille multitudie
 fretus nō pcul mediolano castra faciebat: & importati-
 onē frumenti cæteriꝫ cōmeatus omnem impediēbat.
 Mūdilas copias suas comi & bergomi & nouariæ neces-
 sario dispartitus fuerat. Ipse uero nō magnum equitum
 numerꝫ secum habebat: sed non erat in defensiōe urbis
 difficultas. Mediolanenses enim ciues unanimiter ad
 defensionē concurrebant: sed defectus annonæ in urbe
 populosissima timebat: si barbari diutius stare ī his locis
 sinerent. Hæc igit̃ intelligens Belisarius Martinum &
 Vliariū cum magnis copiis misit ut Mundilæ cōiuncti
 barbaros sūmouerēt. Hi cum ad flumē padi puenissēt
 quod distat mediolano unius diei iter nō ausi transire
 flumen timore hostium diu in his locis desederūt spem
 Mundilæ & obsessoz̃ dietim frustrātes: polliciti enim
 sese transituros esse padum et mediolanum accessuros
 nihil pmissoz̃ exequēbant. Obsessis uero in dies spes
 ac uictus deficiebat. Tandē uero post lōgā expectatio-
 nē Martinus & Vliarius ueritatem fassi Belisario signi-
 ficaūt se solos cōtra tātas hostiū copias trāsire nō posse
 nisi uelint ad maifestā pnciem pficisci: daret operam
 si sibi uideret̃ ut Ioannes & Iustinus q̃ exercitum non
 pcul bononiam hērent secum iungerēt. Belisarius his
 auditis cōfestim Ioanni Iustino scribēs præcepit ut co-
 piis suis cum Martino cōiunctis mediolanū festinarēt
 ad liberandum obsidiōe socios in extremo piculo con-
 stitutos. Illi autē nihil se facturos absq; Narsetis iussu
 respōderūt: rursus ad Narsetē Belisarius de ea re scripsit.
 Qui quanq̃ concederet exercitum illuc pficisci: tamen
 q̃a Belisarii fuerat cōeptū lēte admodum et incuriose
 quasi alienum negocium agebatur. Per hunc modum

dilata res frustrationē suscepit. At mediolanum in dies
acrius premebat: & fame iam intolerabiliter laborabat.
interq; spē et metū traducta ciuitas eas ptulit difficul-
tates & angustias quæ uix hoibus pferendæ sunt. Tādē
ad extremā necessitatē pducti Mūdilas et milites ut in-
columibus sibi abire liceat paciscuntur. Gotthi autem
urbē ingressi nulli ætati pepercit. Trucidati passī ciues
nō mō q̄ arma ferre possēt uerū etiā senes & impuberes:
mulieres in seruitutē burgundionibus traditæ: urbs ad
solum euerfa. Reparatus qdā romanus ciuis in ea urbe
captus minutatim a gotthis cōcisus & canibus traditus
ē. Ita pulcherrima ac populosissima totius italiae urbs
ob discordiā Narsētis & Belisarii ultimā cladē subiuit.
Interfecta sunt in illa uastitate mediolanensiuū ciuium
supra. xxx. milia. Quæ cū audiss& Belisarius in maxio
luctu cōstitutus est: impatoriq; Iustiniano scripsit rei
totius initiū et progressum. Iustinianus autem cū ista
cognouiss& ægre ptulit: nō tamē quēq; puniuit. Narse-
tē solūmō ab italia reuocauit: auctoritatēq; totius belli
penes Belisariū esse iussit: ex hoc Narses cū parte copi-
arū in græciā abiit: Belisarius autē cum omnibus reliqs
copiis in italia remāsit: q̄ cū de bello gerendo liberius
iā cogitaret q̄q; omnis eius cura in Vitigim et rauennā
erat cōuersa: tamen duo prius oppida gotthis adimen-
da statuebat: q̄ aduersus Vitigim et rauennā exercitum
duceret. Erāt uero hæc oppida auximum et fesulæ: abo
situ locorū munitissima: abo ualidis gotthorū præfidiis
custodita. Neq; enim auximum post terga relinquere
uolebat: cū essent in ea urbe supra tria milia delectorū
militum pmagna impedimenta sociis inferre ualētū.
Neq; fesulas quoniā tenētibus eā urbē gotthis nihil p
hetruriam fore qetū existimabat. Exercitu igit trifariā

.M.
- xxx. cessa et
- mediolanū cō
- sumptum.

partito ipse cū una copiarū parte ad obsidionē auximi
 pficisci statuit. Aliā uero partē cum Cypriano & Iustio
 præfectis fesulas misit. Tertiā copiarū partem Martino
 & Ioāni Vitaliani ducendā cōmisit: iubens ut circa pa-
 dum cū his copiis castra faciāt: Vraiāq; & copias eius ī
 illis locis q̄maxime fieri potest distineant: ne in tuscos
 uel in picentes ad dissoluēdas obsidiōes uenirēt. Quod
 si cōtinere illū ab aduentu neq̄rent: uenientē pone cō-
 sequāt. Martinus igit & Ioannes cum ea quā diximus
 copiarū parte in galliam p̄fecti dertonam urbem iuxta
 padum sitā occuparūt: indeq; Vraiam & gotthos īfesta-
 re cœpunt. Cyprianus & Iustinus cum aliis copiis fesu-
 las adeuntes q̄q̄ difficillia eius urbis erat obsidio p̄pter
 naturā asp̄itatēq; situs: tamē de superiori loco qua pla-
 nior est aditus q̄pxime ad motis eam urbem obsederūt.
 Belisarius autē ipse cum longe ualida manu auximum
 circūfedit. Vitigis optimum quēq; gotthorum auximi
 collocauerat: summaq; illi cura fuerat eius urbis muni-
 endæ: cōiectans id quod uerissimum erat nunq̄ Belisa-
 rium ad oppugnandum rauēnam esse p̄fecturum nisi
 auximum prius ī potestatē redegiss&. Cū sitū naturāq;
 loci Belisarius speculatus esset: spem omnem deposuit
 auximum p̄ uī expugnandi. Sita est enī urbs loco satis
 arduo: ac insup manus egregia delectoꝝ militum eam
 tuebat uel in campestri certamīe repugnare apta. Spes
 uero unica superat fame ac inopia rerum domitandi
 præsertim cum multitudo ingens intra urbē obsideret.
 Quare Belisarius oppugnationem omittens circa mō-
 tem undiq; posuit castra intentus q̄maxime ne qd im-
 portari ad obsessos ualeret. Cæterū ea circuitio castroꝝ
 ut ad phibendū importationem utilis erat: ita inutilis
 cōtra subitas hostium inuasiones. Nam q̄ obsidebant

pone.

cōtra quas libitū erat castrorū partes de superiori loco
repentinos īpetus faciebant. Cætera uero partes longe
aberāt: nec opē ferre milites facile poterāt. hostes igit̃ p̃
hunc modum assidue castra fatigabant: crebraq; ex eo
prœlia cōmittebāt. Erat præterea nō p̃cul ab urbe locus
qdā irriguus: in quo herba plurima oriebat̃. Hic locus
quasi cāpus fuit quotidianorū certaminū: cū obfesso-
res & obfessi pabulationē ex eo quærerēt: & accessis hīc
inde animis nōnunq̃ totis pene castris eo cōcurrētibus
certarētur. In his prœliis Belisarii milites multitudine:
gotthi situ præualebāt. Virtute pares utriq; hēbāt. Hæc
eadē certamina fesulis erant. Nā & inuasiōes frequētes
& quotidiana p̃pe prœlia inter obsidentes & obfessos
cōmittebāt. Et unica spes obsidētibus erat: fame ac de-
fectu rerū necessariarū obfessos puincere. Nam ui expu-
gnādī urbē munitissimā nulla erat spes. Quare unde-
quaq; circūdātes oppidū statiōibus militū opportunis
locis dispositis oēm importandi facultatē abstulerant.
Cū hæc esset cōditio belli auximūq; in picētibus: fesulæ
uero in tuscis enixe obsiderētur: nouæ p̃tinus res circa
padū exoriunt̃. Frāci enim Theudoberto duce su patris
alpibus p̃ citeriorē galliā ingenti multitudine descen-
derūt. Causa uero transitus eorū ut postea cognitum est
illa fuit: q̃a cum uiderent p̃ citeriorem galliam bellum
geri dolebat gēs bellicosa ac pene immanis finitimam
sibi regionem premioꝝ eorū q̃ uicissent futuram: ipsos
uero spectatores ociosos sedere: eos uicinos expectan-
tes quos uictoria præbuisset: hæc trāseundi alpes causa
fuit. Vraias p̃ id tēpus crebris a Vitigide lris euocatus
padum transierat: rauennam cum exercitu petiturus.
Martinus autē & Ioannes a Belisario nup̃ missi Vraiā
præuenientes castra nō procul ab eo fecerant: ut si qua

possent transitū phiberent. Distabant uero eorū castra
 ab uraiā castris milia passuū circiter septem. Inter hæc
 franci circum ea repente loca supuenerūt. Hos Vraias &
 gotthi ppter fœdus nup̄ ictum auxiliares sibi uenisse
 arbitrabantur ut sup̄iori anno mediolanēsi bello fecerāt.
 Erant uero franci q̄ tunc cum Theudeberto alpes tran-
 sierant ad octoginta hoīum milia: horū p̄pauci equites
 erāt circa ipsum ducem: cætera uero multitudo omnis
 pedestris. Arma uero ferebant: nō pila: nō arcus: sed ad
 p̄tendū q̄dē corpus scutum & galeam: ad feriendum
 autē hostē gladiū et securim bipennē. In præliis autem
 maxie securibus utebantur: q̄bus ex composito ferientes
 scuta et galeas hostium p̄fringebāt: ut nemo aduersus
 tantā uī resistere ualeret. Hi ergo ut amici gotthorum
 ticinū amnē apud oppidum papiam p̄tē trāsgressi
 magnas postea papiensibus intulerūt clades: ac imāitate
 quadam barbara filios uxoresq; gotthorū p̄ agrū reptos
 occiderūt. Moxq; transmissō pado ubi castris uraiā pro-
 p̄inquarunt: sine cōsilio sine temeritate multitudis rixa
 & prælio cum gotthis implicantur. Nec prius finis præ-
 liādi fuit q̄ gotthi in fugam uersi castra sua deseruerūt:
 fugientesq; nō lōge a nostrorū castris admirationē plu-
 rimam Belisarii militibus intulerunt. Nihil enī audie-
 rant de aduentu francoꝝ: Belisarium ignotis abditisq;
 itineribus uenisse ad opprimendū uraiā existimabant.
 Armis igitur raptim sumptis cum aliquanto progressi
 fuissent: inopinato francis occurrerūt: inuitiq; pugnare
 coacti cito franguntur. Neq; repetere castra ausi sola fuga
 sibi cōsulerūt. Franci uictores una eadēq; die gotthorū
 et Belisarii copiarū castra utraq; cœpunt: in illisq; cōsti-
 terūt: cōmeatu in utrisq; satis abunde inuēto. Vraias ex
 fuga rauēnam: Belisarii autē copiarū p̄ placentinorū et

parmēsiū fines supato apennini iugo ī hetruriā abiērt.
Hic subitus francoꝝ aduētus Vitigī simul Belisariūq;
turbauit. Maxīa uero formido Belisariū hēbat ne frāci
in hetruriam descenderent: & copias illas quæ fesulas
obsidebant opprimerēt. Est aut breue expeditūq; iter p
placentinū parmensēq; agꝝ in hetruriā descēdentibus.
Sed franci cōmorantes circa padum cū neq; uina neq;
cætera opportuna reperirent: utpote in regiōe lōgo bel-
lo afflicta tātūmō bouina carne & aqua padi uescerēt
in uarios langores breui ceciderūt. Quibus uexati cū fre-
quentes eoꝝ morerent̄ statuerūt retro abire: ac p eadem
uestigia qua prius uenerāt in galliā ac trās alpes redie-
runt. Transitus igī francoꝝ hic finis tūc fuit. Qui uero
fesulis obsidebāt gotthi cū fame premerent̄: ac sæpius
postulata auxilia nō uenirēt: tandē pactiōe urbē Cypri-
ano & Iustio dedidere. Illi aut susceptis fesulis ac præ-
sidio militū iposito cum reliqs oibus copiis auximum
pfecti sunt. Nā Vitigis cū toto gotthoꝝ robore illis q
auximi obsidebāt latuꝝ sese opem pmittebat. Et uraiæ
præsentia hoc ipsū polliceri uidebat. Quare Belisarius
quoq; eo copias undiq; cōtrahere coactus est: ne lōgus
obsidiōis ī irritū caderet. Verꝝ cū auxilia sæpius pmissa
obsessis nequaquā uenirēt: ipsi tamē præter opinionē pti-
naciter durarēt: statuit Belisarius eos necessitate aliqua
ad deditiōē cōpellere: cuius rei gratia hæc machinat̄.
Fōs erat perēnis aquæ extra mœnia auximi ab ea parte
oppidi quæ ad septētrioēs spectat: ita ppiquus mœni-
bus: ut ītra iactū lapidis foret. Eū fōtē Belisarius tollere
cōstituit: quoniā aiaduernerat obsessos ex eo tantūmō
fōte aquā hñe: huius igī rei cōficiendæ causa sub primā
statī lucē armari exercitum iubet: atq; ex cōposito ad
mœnia accedere. Gotthi uero oppugnatiōem oppidi

30

parari existimantes p moenia opportuis locis cōstiterūt. Belisarius quīq; uiros huius artificii gnaros cū dolabris & malleis ad hoc ipsū paratis multorū clipeis p̄tectos ad fōtē effodiēdū destruendūq; sūmisit. Qui postq̄ eo uētū est: fornicē quo fōs desup cōtegebat' subeuntes securi iā a telis quæ de mœibus mittebāt' demoliri fontē cœpūt. At enī gotthi postq̄ itellexere oēm conatū fieri ad fōtē demolendū egressi oppido prœlium acerrimū iierūt. Pugnabat' sub ipsis mœibus loco difficili & p̄cliui: gotthis ad fōtē tutādū accedere nitentibus: Belisarii militibus enixe repellentibus. In hoc prœlio multi ceciderūt: plurimi tamen ex Belisarii militibus. Nā gotthi de superiori loco ferientes p̄facile hostes cōficiēbāt. Sed aderat Belisarius adhortator præsēsq; magna uoce suos ipellebat: nec pedē referre patiebat'. Integros ī sauciorū & cadentiū locū cōtinuo sūmittebat. Id certamē ad meridiem usq; puenit: cum fere ab ortu solis cœptum fuiss&: tandem maiore conatu subnixi milites gotthos intra moenia refugere cōpulerūt. Moxq; retro abeuntes eos quos ad demolendū fōtē miserāt reuocārūt putātes opus iā pridem esse p̄fectum. At illi uix paruam aliquā receptaculi partē demoliti fuerant. Causa uero huius erat: q̄ antiqtus tanta diligentia exadificatus erat fōs: ut multo facilius de uiuo saxo q̄ de muro eius demerēt'. Cū iḡ labore irritō susceptum id certamē apparer& Belisarius quod reliquū erat: & succo herbarū maligno: & cadaueribus iumentorū et lapide quem asuestum uocant inficiendam eius fōtis aquam curauit quoad eam penitus iūtilem reddidit: gotthiq; iam penuria aquarū laborātes uix atq; anxie puteis q̄busdam exiguam corruptamq; præbentibus aquam sustentabant'. Post hæc Belisarius neq; prœlio amplius laceffere obsessos neq;

molestias inferre ullas curauit: sed quiescendo assidendoque finem expectabat. Orta demum mentio est deditiois: postulatisque gotthis incoluitate & asportatione rerum suarum in urbem rauenam prefecturis. Quam audiens Belisarius secum ipse abigebat. Nam tot tamque egregios bello homines dimitti & augeri hostium uires que rauenam conuenerant: alienum ab utilitate publica existimabat: & sedendo ad auxilium tempus in longum terere periculosum arbitrabatur: praesertim cum fracti dicerent in auxilium gotthorum esse uenturi. Maxime uero refragabantur milites que ex longa obsidionis eruna praedam ex oppido affectabant: nec ulla pacto se illa priuari patiebantur. Demum cum gotthos penuria ac defectus rerum: Belisarium autem inopportunitas temporis urgeret: composita res est magno Belisarii labore ut dimidia rerum pars militibus in praedam daretur: reliquam gotthi retinerent: Vtque gotthi que erant auxilii in exercitu Belisarii remaneret aequo iure cum aliis militibus. Per hunc modum compositae res sunt & oppidum pacto traditum. Auxilio recepto Belisarius aduersus Vitigim & rauenam ducere constituit contractis undique copiis. Eo perfectus statim primo aduentu Maximum unum ex praefectis suis cum parte copiarum ad obseruandas custodiendasque padis ripas misit: nequid exinde rauenam importari ualeret. Unum enim eius fluminis os non percul rauenam mare influit. Unde etiam fossa quadam deriuatus amnis rauenam deducebatur. Volens igitur ante omnia hanc opportunitatem auferre Belisarius Maximum cum parte copiarum citeriori ripae custodiendae praefecit. Venit etiam ex dalmatia Vitalis cum aliis copiis a Belisario euocatus: et alteram eius fluuii ripam obsedit. Accidit uero per hoc tempus res mirabilis et prius inaudita. Nam cum magna nauigiorum multitudo ex gallia ueniret: frumentum caeterumque comestum rauenam ferentium flumen ipsum usque adeo decreuit: ut pleraque nauigia destituerentur. Ex quo factum est ut a militibus Belisarii omnia caperentur. Nec multo post eas

31
captas flumē i suā magnitudinē rediit. Hoc fortunæ indi-
ciū primum fuit cœptis Belisarii fauētis. nō enim stabat
memoria ullo unq̄ t̄p̄e id ātea cōtigisse. Flumiē igr̄ padi
facultas iportādi rauēna p̄ hūc modū sublata ē. Mari ue-
ro importari nihil poterat cū ubiq; gotthorū hostes mare
possiderēt. A terra uero Belisarius cum exercitu urgebat:
nec iportari qc̄q̄ patiebat. Cū rauēna i hūc modū obside-
ret frācorū legati ad uitigī uenerūt: offerētes frācorū i italiā
trāsitiū ac liberationē obsidiōis: copiarūq; Belisarii certissi-
mā cladē: si in societate dn̄atiōis gotthi recipe frācos ma-
lit. Hæc magna uerborū iactātia p̄ legatos frācorū explica-
ta mētes audiētū extulerūt. Quingēta enī armatorū milia
trāsita in italiā pollicebāt: quæ Belisarius si sapiat: nunq̄
sit expectatū: uel si expectar& securibus francoꝝ cū suis
oībus cōfesti maclatū iri prædicabāt. Hæc tā grandia par-
ti extollebant uitigī & gotthos: parti deterebāt. Nā uētu-
ros in italiā francos ac uictores fore non dubitabant. Sed
regni societate seruatos esse nullo mō credebāt. Itaq; nō
minus i p̄niciē cladēq; gotthorū uētos esse frācos suspica-
bāt q̄ in p̄niciem hostiū suorū. Hæc eorū suspicionē auge-
bat Belisarius. Dux enī sagax & rebus gerēdis aptus con-
festim ubi uenisse legatos francoꝝ cognouit suos & ipse
legatos rauēnā misit: q̄ & cōcordiā gotthis cū i p̄atore ro-
offerrent: ac infidelitatē frācorū cōmemorando ab illorū
societate detererent. Gotthi igr̄ francoꝝ & Belisarii hinc
inde auditis legatis: qd̄ optimum for& cōsultantes post
lōgā disceptationē i p̄atoris cōcordiā prætulērūt. Per hunc
modū legati frācorū irrita legatiōe dimissi sunt: et frequē-
tes posthac cū Belisario tractatus h̄iti: crebriq; hinc inde
nūcii oratoresq; cōmeabant. Deniq; tractatarum rerū hic
exitus fuit: ut cōtrouersia oēs ad arbitriū i p̄atoris Iustini-
ani delegarent. Huius rei gratia oratores ad Iustinianum

missi & idutiæ quædam inter obsessos et obsidetes fuere.
Inter hæc accidit ut horrea publica quæ erant rauennæ cū oī
frumēto cremarēt: quæ qdē res in maximas difficultates
gotthos adduxit: cū et frumēta incendio cōsūpta essēt: &
Belisarius īportari nō sinerēt: illa ut aiebat rōe quo magis
ad æquas cōditiōes gotthi descēderēt. Suspicionē uero nō
paruam afferebat Vitigidi: quod unde puenissēt incendiū
ignorabat: alii fulmine iccta cōflagrasse putabāt: alii de ī-
dustria iniectū ignē a quibusdā maliuolis: alii opa Belisarii
factū suspicabāt. Regina quoq; ī suspicionē huius icēdiū
ueiebat: quoniā iuita ac repugnās uiolētis nuptiis ab Vi-
tigide fuerat ī mrimonium accepta inimico atq; īfeso aīo
erga uirū esse putabat. Hoc igrū frumēti incendiū Vitigi et
gotthos plurimū tēbauit: & quasi in despationē adduxit.
Siue enī fulmiē puenissēt icēdiū: sibi deū ac cælos aduer-
sari putabat: Siue de industria factū esset: quibus iā cōfide-
rent nesciebāt. Defectus certe anonæ breuiter īpendebat:
nullaq; superat īportadi spes: quoniā Belisarius post cre-
mata horrea diligētius obseruabat ne qd importaret. Per
hoc tpūs gotthi q; alpes icolebāt pleriq; se Belisario dede-
re uelle significarūt. Sūt uero p alpes pluria castella quæ a
gotthis atiq; ibi collocatis tenebāt. Alpes enī italiā a
gallia dīsternāt: mirabiliq; altitudīe īfurgūt: difficilli-
mosq; aditus habēt: ualdeq; itereat eos aditus custodiri.
Qua de causa Theodericus gotthorū rex et ualidā gottho-
rū manū cum cōiugibus et liberis p eos saltus collocauit:
castellaque et arces illis attribuit. Sisigis igrū unus ex got-
thorū pceribus q; in alpibus castella quædam hēbat primus
oīum Belisarii milites ad ea loca missos spōte suscepit: et
alia castella idē facere suadebat. Erat p id tpūs Vraias in
citeriori gallia: exercitūq; parabat: quo rauennā pficisce-
retur. Colligerat uero iam in exercitu ad quattuor milia

militū . Hoꝝ magna pars alpini erāt : qui postq̄ audiuerūt
 Sifigī ad hostes defecisse: castella uero & arces ī q̄bus ipsi
 natos uxoresq; hēbant tētari āte oīa eo ducere uraiā cōpu
 leūt. Igr̄ cum oībus copiis quas parauerat ī alpes p̄fectus
 Sifigī & milites Belisarii obsedit. Hęc rursus cū audissēt
 Ioānes Vitaliani & Martiūs q̄ castra tūc p̄ galliā faciebāt:
 sine ulla mora & ipsi in alpes p̄fecti castella quādā ī ipso
 itinere cepunt . In his frequētes uxores & filii eoꝝ q̄ cum
 Vraia militabāt capti sūt: quæ postq̄ itellexerūt parētes ac
 mariti: eoꝝq; ppīq; desertis Vraia castris ad hostes trās fu
 gerūt: quo suos recuperēt. Per hūc modū uraias a militibus
 suis destitutus cū paucis ī galliā reuersus parandi āplius
 copias aut succurrēdi obsessis cogitationē abiecit. Ita Vi
 tigr̄ & gotthi q̄ rauēnæ erant deserti a suis ac omī spe de
 stituti obsidebāt: maioreq; cōtinuo difficultates subibāt.
 Cū hęc esset conditio reꝝ apud gotthos legati ab īpatore
 uenerūt: Dominicus & Maxiūs ābo ex senatu: ferebāt uero
 Iustiniani respōsū ad ea quæ Vitigr̄ et gotthi de cōcordia
 postulauerant. Sūma decreti Iustiniani hęc erat. Vitigr̄
 oīa trans padū loca retineat: circa padū uero cūcta dimit
 tat. Mediā uero pecuniarū regaliū partē īpatori tradat: reli
 quā partē retineat. Gotthi uero oēs q̄ citra padū icolunt
 subiecti romano īp̄io sint. Locuti ergo prius cū Belisario
 legati: deīde rauēnā īgressi mandata exposuerūt: quæ lætis
 aīs ab Vitigide cæterisq; gotthoꝝ p̄ceribus audita et cōp
 bata sunt. Belisarius autē hęc magno cū dolore audiebat
 secū ipse īdignans ac grauiter ferēs quod cū plene habere
 uictoriā de gotthis posset sibi auferebat. Itaq; redeūtibus
 paulopost legatis ac subscriptionē eius postulātibus sub
 scribere noluit. Quæ quidem res pmagnas apud gotthos
 suspiciōes peperit: uerentes ne dolosa pacis simulatione
 decipiantur: palamq; dictitare cōepunt se nisi consentiat

Belisarius nihil de pace esse facturos. Legati uero ipsi & qui ordines in exercitu ducebant: Belisarii factū ualde indignabātur: eumque non parere Iustiniani decretis inter nefaria reponebant. Nataque ex his suspicio est: quasi Belisarius ipse impium affectaret: ac tota mente abalienatus a Iustiniano esset. Et hæc suspicio plurimum eo tempore increbuit. Qua opinione inducti clam ad eum gotthi miserunt hortantes ut nō alteri sed sibi ipsi occidentale imperium comparare uelit. Gotthos enim si id faciat sibi sponte ac uoluntarie parituros esse aiebant: regnumq; italorum simul atque gotthorum cum indelebili potentia habiturum. Hæc nunciabant clam a proceribus gotthorum. Sensit Vitigis hæc oblata: suosq; & ipse mittens nuncios ad hæc eadem Belisariū cohortatus est. Belisarius igitur ista cōsiderans ac utilia fore arbitratus si cum sapientia gubernentur: Ioannem Vitaliani et Bessani et Aratum magnos in exercitu homines: sed nequaquam beniuolos sibi diuersa in loca cum suis quenque copiis ablegauit: simulata causa quasi tantæ simul copiarum difficiliter alerentur: alibi uero pabuli et cōmeatus maior facultas esset futura. Hæc figebat causa. Cæterum illi allegabantur: ne præsentibus quicquam turbarent. Ipse autem post hæc omnibus qui ordinem ducebant in unum uocatis cum de gotthorum difficultatibus disseruisset. Quid diceretis inquit: si nō solum ea quibus imperator noster contentus esse uidetur: sed etiam multo maiora præseti bello adipisceremur. Tūc pro se quisque laudauit maiora fieri si possit: his ita auditis nō aliter patefacta re consiliū dimisit. Nec multo post quodam e suis rauēnā misso significauit se cōstituisse ea facere quæ illi suasissent: eosque hortatus est ad rem accelerandā. Gotthi autē utpote qui iam fame premebantur

33

sine ulla mora legatos cum auctoritate publica ad Belisarium miserunt: hi cū in castra uenissent: nihil corā militibus locuti sūt. Sed Belisarium secreto cōueniētes se ea de causa uenisse dixerunt: ut fidem promissionēq; ac iusiurandū ab eo suscipiant. Erant uero pmissionū genera duo: unum de legitima gubernatione īstitutisq; Gotthorum conseruandis: ac nemini succensendo pro his quæ superiori tēpore facta essent: & alia huiusmōi q̄plura. Aliud quod ipse italiæ gotthorumq; posthac rex erit. Hæc si ille pmittat & iuret sibi portas apertōs esse gotthos: eumq; cum toto exercitu in urbē rauēnam recepturos dixerunt: Belisarius cætera iurauit omnia quemadmodum legati postularunt. De regno autem suscipiendo: cum Rauēnæ for& corā Vitigide cæterisq; gotthorum pceribus se præstaturū iusiurandum dixit. Legati uero nequaq̄ suspicantes quin rex esse uelit: iusiurandum in hac parte ab eo capere distulerunt: quasi mox rauennā īgressos corā pceribus id foret præstatū. At Belisarius lōge alia mente agitabat. Iustinianus enī dudum cum Belisariū bello gerēdo præfecerat: magnis iuramentis obligauerat: ne regnum ne ue imperium se uiuēte assumer&: ne ue se nūcupari hīi ue tyrānus: aut rex uel imperator patiatur. Hæc ille iurata seruare incōcussa fide statuerat: uerbaq; gotthis ī hac parte dabat. Tunc igitur his ita gestis Belisarius uolentibus gotthis in urbē rauennā uocatus est. Ille autem ornato exercitu classeq; parata qua cōmeatū oīs generis abūde deferr& magna gotthorum exercitusq; lætitia rauēnā ingredit̄. Cum uero ingentes Gotthorum copiæ Rauēnæ essent uolēs Belisarius eas copias minuere: paucis post īgressum diebus licentiam omnibus qui citra padū icolerēt dedit domum remeandi. Illi uero longa militia defessi

libētissime ad suos redierunt: ita multitudine gotthorū
quæ rauennæ erat attenuata Belisarii exercitus lōge po-
tētior ac plane dominans intra rauēnæ mœnia remāsit.
His ita confectis gotthorum proceres qui ubicunq; per
Italiam erant uel ipsi uenerunt ad Belisariū Rauennā
uel oratores suos miserunt. Sed cum susceptio regni a
Belisario differret: eaq; res admirationem primo mox
& suspicionem parer&: auxit mox eam suspicionem
Belisarii reuocatio a Iustiniano facta: nam fama incre-
buerat & detulerant quidā Belisarium affectare italiae
regnum ac iam plane suscepisse: quo metu Iustinianus
illum ad se confestim ex italia reuocauit. gotthi autem
hoc sentientes sibi ipsi ab initio psuadere nullo modo
poterant: illum ad imperatorē iustinianū esse reditū.
Sed postq̄ apparatus fieri uiderunt: ac omnia disponi
quæ ad profectioem eius fieri oportebat deceptos sese
ac plane circumuentos a Belisario cognouerunt. Sed
quid agerent: ille enim rauennam & proceres in pote-
state sua habebat: ut ne querelæ quidem liberæ forent.
At enim qui trans padum erāt gotthi ubi hæc senserūt:
papiæ conuenientes ac multum inter se conuesti de
communi gentis calamitate ac de Belisarii fraude tādē
Vraiam constituere sibi regem uoluerunt. Quod ille
passus non est: maxime illa se ratione excusās q̄ cū fr̄is
filius Vitigidis ess&: neq; pia neq; honesta facere uide-
retur si illo uiuēte ipse regnū assumer&: hac ille ratione
probabili se excusans auctor fuit ut Ildouadus rex con-
stitueret uir magnæ inter gotthos auctoritatis magnæq;
potētia: & q̄ lōgo tp̄e ueronæ dominatus ess&. Is ergo
tūc ex urbe Verona papiā euocatus purpuraq; idutus
rex gotthorū appellat: ac de salute gentis suæ cogitare
iubetur. Ildouachus ergo per hunc modum factus rex

statim oratores rauenā ad Belisariū misit: q̄ cōmemorata illius p̄missione dudū facta de regno italiae gotthosq; suscipiendo defectum fidei palā arguerēt: ac ea fraude deceptos fuisse ab eo gotthos quererent. Proinde si etiā tūc adimplere p̄missa ac rex fieri uelit: idq; facto ostēderit: Ildouadum offerre se rauenam esse uenturum ac purpuram ad pedes eius positurum. Sin īperatoris feruus esse malit: q̄ ipse imperare: ne grauius ferat: si Ildouadus & gotthi qui reliqui sunt de cōmuni gentis salute prouidere nitantur. Hęc summa orationis fuit. Belisarius palā ad hęc respondit: se uiuente Iustiniano imperatore nunq̄ regnum esse suscepturum. Cum hoc responso legati ad Ildouadum Papiam redierunt. Et Belisarius parata classe cū Vitigide ac cæteris gotthorū proceribus cumq; thesauris regis Bizātium nauigauit quinto anno postq̄ bellum in italia gerere inceperat.

LEONARDI ARETINI DE BELLO ITALICO
ADVERSUS GOTTHOS LIBER TERTIVS.



VM Bizantium peruenissent Belisarius magna lætitia a Iustiniano susceptus plurimoque in honore habitus omnem quæ de se prius habita fuerat suspicionē deleuit. Gotthi quos secū adduxerat humane beīgneq; recepti

sunt: & cum admiratōe quadā cōspecti. Nec id quidē īmerito illis cōtingere uidebat. Erat enī uitigis gotthorū rex q̄ nup̄ urbē romā tanta multitudine obsederat: & Amalafuenta eius uxor quōdā Theoderici gotthorū regis q̄ italiā possederat neptis: præterea Ildouadi tunc regis filii duo quos rauenæ penes uitigim reptos non dimiserat Belisarius: sed una secum ī graciā abduxerat. erant & alii gotthorū proceres quos intuebātur omnes

Belisariiq; uirtutē quæ tātas res cōfeciss& admirabāt:
tollentes in cælum laudibus quod nuper africam nunc
italiam ad Iustiniani imperium redegeiss&. & in græcia
qdem res huiusmodi erant. In italia uero post Belisarii
discessum apud Ioannem & Bessā & Vitālē Iustiniano
iubēte gubernatio remāserat. Venerat enī Cōstātianus
ex dalmatia q & ipse numero gubernatoꝝ additus est.
Cōfestimq; apparuit quantū inter gubernatioēm hoꝝ
& Belisarii iūteresset. Vt enim omittā rei militaris scīam
qua omnes ætatis suæ duces longissimē superauit : erat
in illo humanitas sūma per quam paupī æque ac opu-
lento sese impertiebat. Accessus uero ad eum faciles ac
liberi cuiq; generi hominū præterea liberalitas admirā-
da. Militibus q equos aut arcus aut arma nō ignauiter
amisissent continuo alia donabat. Rusticoꝝ uero tantā
habebat curam ut in ducendo exercitu neminem eorū
uiolari: nemini inferri damna pateret. Ne poma quidē
in arboribus pendentia milites sui attingere audebant.
Hac ille seueritate disciplinæ cōsequebat: ut castra eius
abundantiora essēt q̄ ullum in urbe forū . Ita libera &
secura erat rerum uenaliū importatio . Abstinentia
uero eius erga ciuitates socias & amicas nēo satis digne
queat referre. Maxima illius beneficia in ciuitates: nul-
læ unq̄ uexationes audiebant. Qui uero in gubernatōe
successerunt: neque humanitate neque uirtute neq; ab-
stinentia pares fuere . Nam & ipsi rapinas prædasque
sectabantur: et milites in omnem licentiam prolabi p-
miserunt: superbi quidem in socios in hostes uero non
satis feroces. Itaque res breui tempore retrouerti & in
ruinam tēdere manifeste cœperunt: ut deinceps a nobis
ostēdetur. Ildouadus gotthorum rex ut supra diximus
nouiter cōstitutus post Belisarii discessum: summa cū

35

diligentia res exequabatur. gotthos enim oēs & italicos
q̄ cum gotthis sentiebant arma capere & ad præscriptū
diem papiæ conuenire iussit. Paruus quidem ab initio
exercitus fuit: sed cōtinuo augescens ac spem assumens
īdies meliorē. Adiuuabat uero nō mediocriter gotthorū
partes auaricia & iniuria aduersarioꝝ. Exactores enim
pecuniarū fiscali noīe a Iustiniano in italiā populos ue
xare mirabili acerbitate cōpēit: & ad īdebitarū pecuniarū
solutionē cōpellere. Rationes siquidem reposcētes oīum
quæcunq; sub Theoderico primo gotthorū rege uel sub
alio deinceps regū italici administrassent: & magistratū
quoscunq; p̄ ea t̄p̄a q̄sq; italorū gessiss& a ciuitatibus
quoq; p̄missarū dudū gotthis pecuniarū in disquisitionē
uocātes easq; pecunias quasi fiscali debitas reposcentes:
& singulis priuatim hōibus & publice ciuitatibus tāta
desperationem attulerūt: ut gotthos iterū fieri dominos
rerum optarent: multiq; uoluntarii ad Ildouadū p̄fici
scerent: eiusq; exercitum copiasq; augerent. Erat quoq;
non dispar querela in exercitu imperatoris. Qua enim
auaricia exigebant pecuniarū īdebitarū ab italicis: eadem
auaricia militibus pecuniarū debitarū non soluebant. Vna
duntaxat cura erat ad explendā Iustiniani cupiditatem
pecunias cogere: nihil erogare. Itaq; milites pariter atq;
italici tātis iniuriis compulsi ruinā imperii affectabāt.
His crescens indies Ildouadus omnes transpadum: oēs
uenetiārū urbes ī potestātē recepit & italorū gotthorūq;
multitudine exercitus eius completus est. Quā ob rem
haud multo post educere in aciem ac fortunam pugnæ
tentare nō dubitauit. Prælium hoc nō p̄cul Taruisio fu
it aduersus Vitalem q̄ unus erat ex Iustiniani ducibus:
uictorq; Ildouadus tanta strage Vitalis exercitum cō
cidit: ut dum ipse cum paucis euaderet: reliqui omnes

uel interficerent a gotthis uel captiui ducerent. Ea uictoria magna & clara mirabile quantum Gotthorum animi creuerunt: quatenus fractae sunt aduersariorum uires: ut non solum transpadum per galliam & uenetias: uerum etiam citra padum partes confirmarent: nomenque Ildouadi celebre fieret apud Iustinianum imperatorem aliasque nationes. Nec multo post Vraiam maximam inter gotthos hominem persecutus est: suspicione iniecta quasi cum hostibus sentiret. Haec enim praetexebatur causa. Caeterum ob eam rem iritatum aduersus Vraiam quidam putant: quod contentiones quaedam inter Vraiae uxorem ac reginam incidissent. Ego autem Ildouadum magnum ac sapientem uirum non adeo leuem existimo fuisse: ut contentionibus mulierum permotus esset ad Vraiam interficiendum: uerum illam fuisse causam puto quod Ildouado regi suspecta erat Vraiae potentia. Nam genus gotthorum ualde suspiciosum fuisse constat: & suos erga reges non satis fideles. Mortem Vraiae permulti gotthorum improbarunt: palamque detestati sunt quasi rem sceleratam & impiam. Itaque & ipse Ildouadus ab uilla uno ex custodibus sui corporis dum praederet occiditur. In eius locum Ataricus rex creatur: qui nec ipse diu regnauit. Sed propter malam ineptamque gubernationem: quanto post electionem mense a gotthis occiditur. Ita duobus regibus intra biennium interfectis ad Totilam magno gotthorum consensu regnum defertur. Hic antequam rex factus esset taruisii dominabat quae est ciuitas uenetiarum. Pater eius Ildouadi regis fratris germanus fuerat. Itaque interfecto Ildouado ut supra diximus: Totilas ipse formidans propter illius consanguinitatem clam rauennam misit: & cum Iustiniani ducibus pepigit ad hostes transire cum omnibus quibus praerant: cumque Taruisio oppido. Dicta ad rem conficiendam

~ Totilas ~

36
25

dies erat. Quæ cum nondum ueniss&: gotthi pœnitētia quod Ildouadi morte lætati fuissent: quodque Ataricū regem creassent: hominem nequaquā tanti ut gotthorū gentem defendere aduersus tantas uires hostiū ualer&: ad Totilā Ildouadi ppinquū respicere atq; regē optare illū cœperūt. Tandem Atarico de medio sublato Totilā regem fecere. Iustinianus aut cognitis his quæ in italia contigerāt: ducum suorū imperitiā & secordiā increpabat q; in tantis discordiis hostium tantisq; reuolutionibus ipsi opportunitatem rerū agendaꝝ nacti nihil p̄tinus effecissent. Quibus increpationibus permoti duces ra/ uennæ simul omnes conuenerunt. Ibi cum de inferēdo bello consultaretur: placuit ante oīa ad urbē ueronam exercitum ducere. Eius nanq; urbis capiēdæ spes quædā illi secreto afferebatur. Erāt uero hi duces undecī: quorū præcipui habebantur Constantianus & Alexander in italiam nuper a Iustiniano missus ad pecunias colli/ gendas. Profecti igitur cum ingentibus copiis ubi Ve/ ronæ ppinquarunt spem dudum sibi præbitam expe/ riri decreuerunt. Erat enim Martianus qdam uir domi nobilis castellum habens non procul Verona: is quia partes imperatoris animo præferebat: custodem unius portæ induxerat ad exercitum iperatoris recipiēdum: re igitur arcane composita cum eo pueniss& exercitus præmittitur Artauades armenius cum manu delectoꝝ militum q; portam ante capiat ac cæterꝝ exercitum præstoletur: nihil promissorum in hoc loco defecit. Nam intēpesta nocte cum ad portā uenissent milites p̄ditor aperiens intra urbē eos recepit. Illi portā ingressi mœni bus quoq; supra eā captis exercitui significarūt & gotthi sentientes hostes esse ī urbe: p̄ diuersā portā aufugerūt. Duces uero captam a suis portā audientes iter quidem

da

statim ingressi sunt. Sed ante quā in urbem uenirent: de
præda inter se disceptantes quinque milibus ab urbe pas-
sibus constiterunt. inter hæc dies eluxit. arx est ueronæ
urbi supereminens ex qua intra urbem & extra longe
prospectus est. Gotthi igitur qui in arcem refugerant
cernentes paucos intra urbem hostes: exercitum uero extra
urbem existere: nec dum mœnibus appropinquare subito
ex arce impetu facto urbem peruicerunt: & portam quæ
tenebatur ab hostibus receperunt atque clauserunt: milites
uero qui per noctem fuerant ingressi partim oppressi sunt
partim ad mœnia confugientes desuper repugnabant.
Venientes autem paulo post duces cum portam clausam
repperissent: quæ intus essent milites qui eos uocabant:
ac ne se desererent precabantur: tamen euestigio abierunt.
Militem uero pars e muro se dimittens euasit. Quorum
e numero fuit Artauades armenius eorum præfectus: cæ-
teri uel capti uel interfecti sunt. Per hunc modum prauitate
& auaritia ducum res apud urbem ueronam perire: quod dum
properare oportuit de præda non parata inter se ipsos pu-
gnabant. Post hæc Iustiniani duces quoniam ueronam ce-
pta flagitiose turpiterque euaserant: discordes inter se &
alii aliis succedentes ex his locis abierunt: transmissoque pado
amne placentiam profecti sunt. Totilas papie pro id tempus
degebat: cognitoque hostium aduentu quascunque potuit
copias proferre contraxit. Duces inter hæc ultra placentiam
progressi secus ripam padi amnis castra faciebant. Totilas
autem quæ fortis admodum impar: tamen cum iis quas
habebat copiis obuiam illis exire ac fortunam pugnae
experiri constituit. Cum igitur in propinquo esset castra ac pu-
gna decernere utrisque placuisset: Totilas pro noctem par-
tem equitum præmisit: quos uiginti fere stadiis ultra
hostium castra flumen transire. & cum pugnari coeptum

eff& post terga hostiū cum q̄maximo ualerēt tumultu
 adoriri mādauit. Ipse uero cum tempus fuit ad hostes
 duxit. Idem fecerunt Iustiniani duces. Erat ante aciem
 Totilæ uir gotthus noīe Valarus: qui equo insigni ue/
 ctus ipse quoq; insigniter armatus ī singulare certamē
 omnes puocabat. Aduersus hunc cæteris subsistētibus
 Artauades armenius cuius ī ingressu ueronæ mentionē
 fecimus p̄diit. Spectantibusq; utrinq; aciebus cōcur/
 reit infestis sese cuspidibus petentes. Artauades gotthū
 dextro latere hasta transfixum occidit. Ipse uero in ha/
 stam interfecti casu inhærentem solo ui atque impetu
 equi adactus cuspidē trāsfigit ruptoq; torace uulnerat:
 ex quo uulnere tertia mox die interiit. Acies interea si/
 mul congressæ præliū acerrimum inierunt: oīsq; ferri
 experientia in eo certamine uersabat. Cum feruescer&
 maxime prælium & ab utriq; enixissime pugnaretur:
 neutra adhuc in partē uictoria inclināte eqtes Totilæ
 transmissio flumine terga Iustiniani dūcum inuasere:
 tumultusq; maior inde exortus: cū multitudo ingens
 cæderet exercitū Iustiniani primo t̄bauit: mox in fugā
 uertit: solutis enī ordinibus cū ante retroq; instar& ho/
 stis cito dissipantur. Multiq; a gotthis persequentibus
 interfecti sūt. Multi etiā sese p̄ deuia quæq; præcipitātes
 euasere. Captiuorū autem multitudo ingens fuit. Et q̄
 nunq̄ ante contigerat omnia militaria signa imperato/
 ris exercitus in eo prælio capta sunt ab hostibus: & ad
 Totilam relata insigniorem hanc uictoriam Totilæ
 fecit: quod ipse cū dimidia fere parte minoribus copiis
 sciens ac uolens contra maiores copias prælium inuit:
 quodq; militari industria uictoriam nactus est: ipsam
 quoq; uictoriā humanissime exercuit: nemini captiuorū
 molestus: multis etiam gratuito dimissis: quæ quidem

humanitas famam eius plurimum adauxit. Iustiniani
duces ex prælio fugientes placentiâ primo: inde in di-
uerfa loca abierunt: & copiis quâtu fieri potuit reparâdis
intenderunt. Nô multo post hâc uictoriâ Totilas maiora
iam aîo cōcipiens exercitū in hetruriam misit. Præfecit
uero huic exercitui tres gotthorū præstâtissimos Beldâ
& Rodoricū & Vliarim. Erat in hetruria Iustinus unus
ex ducibus qui prælio interfuerat. postq; id tēpus nūq̄
cessauerat copias reparare: oppida munire. is cū exerci-
tus Totilæ superuenit: circumdatus ab hostibus intra
florentiæ mœnia obsidebatur. Terrebat uero Iustinum
rei frumentariæ defectus: Nam importari ad obsessos
nil poterat: & intus quod erat frumētū breui defuturū
uidebatur. Rauennam igitur ad cæteros duces mittens
Iustinus quo in periculo res esset ostendit: rogauitque
ut sibi opem ferrēt. Ob eum nuncium p̄moti Bessas &
Cyprianus & Ioânes uitaliani cum suis copiis in hetru-
riam uenerunt. Gotthi uero postq̄ intellexerunt illos a p̄-
pinquare soluta ilico obsidione retro mouerunt castra
p̄fectiq; unius diei iter î loco qui mucialla dī cōstiterunt.
Atq; postq̄ exercitus amicorū florentiâ p̄uenit: placuit
ducibus ut paucis in præsidio florentiæ relictis ipsi cū
reliquis omnibus ad hostē cōtenderent. in itinere uero
dum essent statuerunt ut ducum ipsorū: unus celeriter
antecederet ad inuadendum distinendumq; hostes: alii
uero mature sequerentur. Sorte igitur ducta Ioanni
cōtigat antecedēdi munus ille p̄fectus cum suo agmine
ad hostes p̄perauit. Hostes uero deteriti aduentu copi-
arum deserto in loco in quo prius habebant castra: in
p̄ximum montem arduum q̄dem ac difficilē trāsierunt.
Neq; ob id cunctatus ioannes ubi ad ea loca peruenit:
aciem suorum aduersus montē direxit: ac magno aîo

fursum uersus annexus puincere conabatur. Resistebat
 fortissime ab hostibus ac de superiori loco facillime re-
 pugnant. Hic dum annitur Ioannes & inter priores
 pugnatore uersat. Quidam ex comitibus iuxta latus
 eius pilo transfixus occiditur: falsaque statim credulitas inde
 exorta est Ioannem interfectum fuisse: fuga hinc fieri
 coepta: hac fama delata in eos qui cum reliquo exercitu
 ueniebant: cum insuper fugam & trepidationem mirabilem
 uiderent: ipsos quoque in fugam turpissimam conuertit. Nec
 modus ullus fuit in fuga dissipati sparsimque in diuersum
 abeuntes signa & ordines deseruerunt. Itaque duces quoque
 ipsi a nullis hostibus pulsati fugam arripere coacti sunt.
 Neque posthac conuenerunt in unum: sed alius alibi put
 se ex fuga receperant: oppida tenuerunt. Gotthi tamen ad
 obsidionem florentiae nequaquam reuersi sunt magnitudinem
 ueriti copiarum quae quamquam dissipata foret per oppida hetruriae
 constiterant: & hiems superuenit finisque fuit septimi
 anni huius belli: ex quo geri a Belisario coeptum fuerat.
 eo qui secutus est anno: ut primum educendi copias
 tempus fuit: Totilas coacto exercitu in agrum gallicum
 uenit. ibi casenam & petram oppidum quod hodie corrupto
 in uulgus nomine bretinorum appellant obsedit. Caetera
 uero eius regionis oppida permulta uel ui uel pactione
 cepit. His per ea loca confectis in hetruriam cum exercitu
 transiit. ibi duriora omnia cum repperissent statuit in
 his tempus haudquam terere. itaque tyberim amnem quo
 hetruria finitur transgressus per umbros & Sabinos &
 marfos in campaniam profectus est. in his locis bene-
 uentum urbem captam moenibus spoliauit. Nolebat
 enim in urbe munitissima hostes siquando contingeret
 sedem belli habere. Neapolim deinde obsedit: multis
 primo uerbis humanissime conatus ut neapolitani aicitiam

eius quæ inimicitiam mallent. Sed erat in presidio eius urbis
Conon Iustiniani prefectus: nec pauciores mille militi-
bus secum habebat. itaque nihil decerni libere in concione
poterat. Quod cum intelligeret Totilas positus non longe
castris urbem obsedit: non tamen oppugnauit: sed quiete
agens incubabat. interim uero parte exercitus missa cum
mas & alias quasdam urbes per ea loca recepit: ex quibus
pecuniarum magnam uim adeptus est: mulieres etiam quasdam
ex nobilitate romana capi in his locis contigit. quas omnes
Totilas cum summa beniuolentia conseruatas liberas esse
iussit: ac parentibus maritisque cum honesto comitatu remisit.
Cum uero per eas regiones neque dux neque exercitus esset
que conatibus Totilæ repugnaret partem suarum copiarum
continuo nitendo apuliam & lucaniam & calabryam cum
uniuersis earum oppidis in potestate redegit. Ex quo factum
est ut Iustiniani ducibus militibusque nullam amplius ex
his locis pecuniam solueretur: neque parere ducibus: neque
in expeditionem ire uolebant. Sed per oppida inclusi res
amicorum prædabant: rapinis & maleficiis omnia fœdabant.
Duces quoque ob has difficultates intra mœnia consisten-
tes oppida tantummodo ab hostibus tutabantur: partitique
inter se urbes Ioannes romam: Bessas spoletum: Cypri-
anus pusiā: Iustinus florentiam: Constantianus rauēnam
gubernabat. inter hæc neapolis durius obsideri cœpit.
Totilas enim parata classe neque terra importari quicquam
patiebatur. Ex quo palam erat nisi quis opem ferret: eam
demum urbem in manus hostium esse peruenturam.
Hæc igitur audiens iustinianus ac pro tantis italiæ cla-
dibus: proque imperii dedecore indolens Maximinum
prefectum prætorio ad corrigendas reparandasque res
in italiam misit. Dedit autem sibi classem & exercitum
ex Thracibus: & Armeniis. Præerat autem Thracibus

qdem Herodianus: armeniis uero Phafas. Hunni præ-
 terea non pauci ea classe uehebantur. Maximinus Bi-
 zantio profectus in epirum uenit. ibi cum res italiae ex
 propinquo cogitar&: inter spem ac metum dubius tar-
 ditate ac desidia tempus amisit. Erat enim Maximinus
 uir bonus & ad pacis negocia nõ inutilis belli uero im-
 peritus omnino: & ob hoc timidus: & cunctator in sin-
 gulis ac plurimum ambigēs. Res uero tũc & cõsultãdi
 & agendi celeritate flagitabat. Maximino igitur paruã
 de se spem afferente: Iustinianus Demetrium quẽdam
 q̃ sub Belisario dudum in italia militauerat cum alia
 classe in siciliam misit his cum in siciliam nauigass&:
 audita neapolis obsidione: ac eorum qui obsidebantur
 difficultatibus confestim auxiliũ ferre. Cum uero apra-
 uia id efficere posse desperar& quoniã neq; classis neq;
 exercitus eius ad tãtã rẽ sufficiens erat hæc excogitauit.
 Naues cõplurimas ex uniuersa sicilia cõtraxit: fecitque
 ex his classem ad aspectũ p̃ magnã ipositoq; frumẽto
 neapolim petere cõtendit. Ea res & spem magnam ob-
 fessis & formidinẽ nõ paruã gotthis præbuit. audiebãt
 enĩ multitudinem nauium ac magnum i his exercitũ
 ueĩre opinabãt. Quod si primo statim cursu neapolim
 petiiss& cuncta prospere succedebant et urbs obfessa
 indubie seruabatur. Hostes enim conteriti magnitudĩe
 classis ne obsistere quidem tentauissent. Sed ipse con-
 scijs imbecillitatis suæ neapolim adire nõ ausus romã
 petiit: quo militibus inde assumptis nauem impler&:
 atque ita neapolim magis robustus nauigar&. Sed mi-
 lites qui romæ erant classem ascẽdere noluerunt. Victi
 siqdem duplici proelio a gotthis eos immodice formi-
 dabant. Itaque hac deficiente spe cum his duntaxat
 nauibus quas Bizantio duxerat: aduersum hostes

proficisci Demetrius compellitur. Totilas naues egregie
ueloces in portu ipso neapolis assidue structas paratas
q̄ tenebat. Curamq̄ susceperat diligenter de Demetrii
classe. Cum igitur ex urbe romam Neapolim nauigare
Demetrium cognouiss& : & applicuiss& iam p̄p̄inquo
littori profectus repente Totilas cum uelocibus nauibus
ex improviso Demetrii classē inuasit: adeo subitus
& inopinatus fuit impetus ut cōteriti nauitæ atque mi-
lites in fugam conuerterentur. Quos gotthi uelocibus
insecuti nauibus post magnam cædem omnes demetrii
naues cum ipsis oneribus ipsisq̄ uitis plenas ceperūt.
Nulli enim euaserunt ex ea classe nisi qui in lembos
statim ab initio proficientes latuerunt: inter quos De-
metrius ipse dux classis fuit. Post hæc Maximinus cum
maiori classe maiorique exercitu ex Epiro in Siciliam
nauigauit. Cumq̄ Syracusis applicuiss&: eadē ignauia
qua prius cunctando ac differēdo tempus amisit: neq̄
difficultatibus obsessorum neque precibus uocantium
mouebatur. Tandem uero ubi præcepta & minæ Iusti-
niani supuenere: nec ob eas quidem nauigare aduersū
hostes sustinuit: sed classem Demetrio & Herodiano &
Phassæ ducendam tradidit ipse in sicilia remansit. erat
uero iam plane hiems cū hi nauigare cœperūt. Cumq̄
prope neapolim uenissent: orta subito tēpestas classem
arripuit: neq̄ remis neq̄ arte ulla resisti potuit: q̄n ad
ipsum littus ubi castra erāt hostiū adigerentur. Gotthi
uero ista cernentes concursu ad littus facto nulla diffi-
cultate naues ceperunt: & siq̄ repugnabāt interfecerūt:
reliquos uero captiuos duxerunt. In quorum numero
Demetrius fuit: Herodianus aut̄ & Phasas cum et ipsi
capti iam essent: casu quodam postea seruati sunt: hūc
finem habuerunt eo anno Iustiniani classes in italiam

40

missæ. Totilas Demetriū in uinculis ad mœnia neapolitane urbis adduci mādauit. ibi uocato Conōe præfecto militibusq; & neapolitanis ciuibus Totila iubēte demetrius uerba fecit: suafitq; ne amplius auxilia expectarēt ulla binā classē cū ipsis pugnatoribus esse amissā: nullāq; supesse spem qua cōfidere debeant. Obsessi uero iā pridem fame macerati cum Demetrium captū & oēm sublatā uiderent spem: in fletū ac lamentationē cōuersi qd agerent aut quo se uerterent nesciebāt. eratq; ciuitas tota mirabili tumultu & trepidatōe plena. Totilas aut cum hoc sensiss& ad colloquium eos uocatos in ipsis mœnibus stātes sic allocutus est. Nullā cōtra uos neapolitani uel irā uel idignatōem habentes obsidere urbē uestrā perreximus: sed ut uobis inimico seruitutis iugo liberatis referre grās ualeremus eorūq; hoc ipso bello p fide Gotthis seruanda ab hostibus ptulistis soli enim italicorū omnium inuiti ac repugnātes in potestatem hostium nostrorū cum ultima pene ciuitatis ur̄æ clade uulneribusq; & cruore cōpulsī deuenistis. itaq; q nunc simul cum hostibus obsidione uos fatigari a nobis necessitas fuerit erubescimus. q̄obrem beneficia potius a nobis q̄ ultionem neapolitani expectent: hostibus etiā qui uobiscum in urbe sunt: non acerbi esse uolumus: deditibus eam urbem uel militandi nobiscum æquo iure cum aliis militibus: uel abeundi cum oibus rebus suis quocūq; uolent facultatem dabimus. Hæc & iure iurando sancire parati sumus. laudauerūt & neapolitani & milites Totilæ sermonem. quo tamen hōestior deditio for&: triginta dierum indutias postularunt: quibus uideret: an quæ auxilia superuenirent. Ad hæc Totilas nō triginta dierum modo: sed ter triginta dieꝝ spatiū se dare respondit. Quam libertatem admirati obsessi:

clareq; deprehendentes nullam esse auxilii spem intra
paucos dies a portis Totilā & exercitū intra moenia
recepit. Totilas igr̄ neapolim ingressus neminem male
affecit: nulli molestus fuit: quoniam tanta humanitate
usus est: ut nequaquam conuenire barbaro homini uideretur. Cum
enim multi propter inedia[m] deficientibus uiribus aegro-
tarent: ne subita affluentia cibi immodice sumpti periculum
illis affert: summa cura diligentiaq; prouidit: ut non solum
neapolitanis ciuibus uerum etiam militibus cibaria bis in
die ad certum pondus traderentur diligentissime obseruato
necunde plus caperent: & singulis diebus modicum su-
padderetur. Cononi autem & militibus abire uolentibus
nauigia praebeuit. Cumq; illi uento diutius retenti nauigare
intra praescriptam diem non potuissent: libera[n]t nihilominus
potestatem illis seruauit. quoniam etiam cum longius duraret
uentus & illi pedestri itinere abire statuissent equos iu-
menta q; eis tribuit: & uaticum in super largitus est: gotthosq;
cum his misit. Humanitate in alienos Totilas utebatur:
in suos uero tantam disciplinae seueritatem seruabat: ut
nullum malefactum impunitum esse pateretur. Raptori
ac uiolatori poena mors erat: & publicatio bonorum: quae
quidem bona uiolentiam passo tradebantur. itaq; & castra
& ingressus gotthorum per amicas ciuitates & gentes omni
scelere carebant. ducibus autem Iustiniani per hoc ipsum
tempus diuersa penitus erat conditio. Nam nec duces
ipsi abstinentes erant: & milites in omnem licentiam
traducti a nullo maleficio temperabant. Nec quicquam miseri-
us erat per ea tempora quam italiae populi qui imperatori pare-
bant: cum extra moenia quidem ab hostibus intra moenia
uero a militibus diriperentur. Duces enim munitas te-
nentes arces nihil de subiectorum iniuriis curabant. Ob-
flagitia cum indies magis ac magis despectio sequeretur:

41
coactus est Iustinianus iterato in Belisariū mentē ani-
mumq; cōvertere. nā cæteri qdem duces ne dum p̄dita
recupare: sed ne illa ipsa quæ tenebāt diutius tueri pos-
se uidebant. His igr̄ de causis Belisarius ad curā italici
belli rursus delectus est: cum hoc medio t̄p̄e aduersus
medos bellū gessiss& nec dum plane finitū ess& bellū:
cum ergo milites novos rescribere opus ess&: nā ueterē
exercitū circa euphratē reliquerat: thraciā totā circūiens
Belisarius pecuniasq; abunde largitus uoluntarioꝝ ad
quattuor milia coegit: quibus classe īpositis una cū Vita-
le præfecto illyrici q nuper ex italia uenerat nauigauit.
Traiectoq; demum ionio mari salōis applicuit. in hoc
ipso itinere idruntum calabryæ oppidum obsidione li-
berauit. q enim in eo obsidebant a gotthis defectu reḡ
necessariarū cōpulsī ad certā diē pacti fuerant oppidum
dedere: nisi prius auxilium ferret. quod intelligēs Beli-
sarius Valentinum eo nauigare iussit: ac frumenta cæte-
raq; necessaria inferre susceptis militibus q; diutius ob-
sessi in eo fuerant novos imponere. Hæc factu facilia
fuerit. nā gotthi post idutias negligentius custodiebāt:
nec uenturū esse quenq; suspicabant. Itaq; repēte ac in-
opinato superueniente classe trepidare ac obsidionem
soluere: lōgiusq; abire coacti sunt. Valentinus oppidū
ingressus priores milites ex arce abduxit: novosq; im-
posuit: integriq; ani frumentum illis reliqt. Ipse cum
his quas abduxerat nauibus salonas ad cæterā classē
rediit. Post hæc Belisarius polā nauigauit. ibi exercēdis
tyrōibus quos ī thracia scripserat aliquanto cōmoratus
tandem cum tota classe rauennam peruenit. in eius ad-
uentu deteriora omnia opinione sua p̄ italiam reppit.
Hostes enim ubiq; præualere ac optima spe esse uide-
bant. Amici uero ubiq; per italiā fracti ac in despatōnē

adducti. Ciuitates qdem & populi ob iniurias militum:
milites autem ipsi q̄ multa sibi deberent ab impatore
stipendia nulla soluebant: cōtumaces & aduersi nec pa
rere ducibus nec exire in expeditionē uidebant. Erantq;
ad exiguum numerū redacti. Aduentus quoq; Belisarii
despationem auxit. licet enim optimus dux & sine cō
trouersia p̄cipuus haberet: tamen contemnendas ad
modum copias abduxerat tyronum quattuor milium
pecunias uero nullas quæ militibus darent. Itaq; cōcio
nantē rauēnæ causasq; aduentus sui docentē cohortatē
deniq; ad capesēdum bellum nec oppidāi neq; milites
lato aīo audiuerūt: neq; lætitiæ aut spei bonæ signifi
cationē reddiderūt. Deniq; Belisarium ipsum q̄ in italiam
ueiss&: cōfesti p̄nitere cœpit. Inter hæc Totilas tybur
inuasit ex discordiis oppidanorū & militum seditione
coorta: p̄ quā uocatus ab alterutra parte urbē suscepit.
Immin& autem tybur urbi romæ nec plus ab ea distat
q̄ sexdecī milibus passuum. Ea res magnas romais dif
ficultates cœpit afferre: ac p̄ latium cuncta impedire.
Post hæc Totilas cognito Belisarii aduentu in picentes
cum exercitu trāsīit: & circa urbem auximum confedit.
Belisarius uero per hoc ipsum tempus in bononienses
miserat Vitale cum satis magna manu illyricorū. is cum
oppidum quoddā per ea loca cepiss&: & bononia ī urbe
fuiiss& receptus illyrici nulla prius iniuria suscepta Vi
talem deseruerūt factoque agmine domum abierunt. De
qua qdē re postea apud Iustinianū excusatione illa usi
sunt: quod dū ī italia militarent exactores tributorum
patrimonia sua uenundabāt: uxoresq; & liberos eorum
domo pellebāt: q̄ obrem coacti sūt ad suos defendēdos
domū redire. Hac fuga illyricorū Totilæ nunciata confe
sti missæ ab eo sunt gotthorū copię per quas Vitalem

ac cæteros opprimere posse spauit. Sed illi præueniētes
 rauennā se receperūt. Cum uero q̄ auximi erāt obsidiōe
 premerent: Belisarius subsidium ad illos misit eq̄tum
 mille: præfecit autem his equitibus ductores tres Tera-
 muntē Ricilā & Sabinianum q̄ clam noctu auximum
 ingressi cum postridie ad pugna exiuisset. Vnus ex præ-
 fectis Ricilas a gotthis īterficit: cæteri autē post paucos
 dies abire statuerunt: hostibus enī illic stātes nocere nō
 poterāt: & aīcis necessaria minuebāt. Noctu igit̄ egressi
 oppido cū iā circiter milia passuū tria p̄fecti essent: in
 insidias hostiū inciderūt. A q̄bus circūuenti & in fugā
 uersi ducentos ex suis amiserūt: uestesq; & arma & im-
 pedimenta oīa cum iumentis quæ illi ferebant. Reliqui
 fugientes post longam uiam se ariminum receperunt.
 Fanum & Pisaurum sunt urbes iuxta littus Adriatici
 maris inter Auximum & ariminum sitæ. Eas urbes Vi-
 tigis ab initio huius belli incenderat: ac mœnia usque
 dimidium altitudinis destruxerat. Ex his Belisarius Pi-
 saurum reficere cogitauit: ac equitatum in ea collocare.
 Missis igitur clam artificibus qui mensuras portarum
 exactissime caperent Rauennæ fabricari portas fecit: ac
 ferramentis quibus opus erat struxit. Deniq; nauibus
 impositas Pisaurum deferri fecit: præfectisq; & equiti-
 bus q̄ arimini constiterant: scripsit ut repēte occupato
 oppido portas imponerent: ac mortē tumultuario ope
 reficerent: fossas pugnarent. Commeatus autem omnis
 generis ut mari ad eos deferretur prouidit. Equites igit̄
 Arimino p̄fecti cum Pisaurum occupassent: omnia
 secundum Belisarii mandata fecerunt. Sensit hæc To-
 tilas: & cum magnis copiis ad ea prohibenda p̄fectus
 est. Sed tanta fuerat militum diligentia in purgandis
 fossis: ualloq; & aggere muniendo oppido mœnibusq;

& propugnaculis refarciendis: ut admiraret rex tantas res tam ingeniose tam paucis diebus fieri potuisse. Quare aliquantum circa ea loca moratus quoniam uidebat proficere nil posse in castra ad auximum irritum conatu reuersus est. Animaduertentes uero Totilas & gotthi Belisarium & imperatoris copias necubi per italiam incertamen prodire: sed oppidis inclusos mœnia tantummodo tueri: statuerunt non assidere solummodo ad auximum sed aliis quoque ciuitatibus bellum inferre. Itaque profectus Totilas cum exercitu asculum & firmum in picentibus circumsedit. Belisarius uero cum obsessis opem implorantibus ferre non possit: nec enim tantas habebat copias ut exire aduersus Gotthos ualeret in mœnore maximo uersabatur: & hanc ignominiam sui nominis permolestè ferebat. Tandem uero Ioanne Vitaliani ad Iustinianum misso conditionem italiae per eum demonstrauit: & simul litteras scripsit huiusmodi effectum continentes. Misisti me in italiam optime imperator uirorum & equorum & pecuniarum inopem: quod & ante quam a te discedere saepius ostendi & obtestatus sum: Sed iussui tuo non parere mihi nefas erat. Thraces enim & illyricos milites paucos & eos ipsos tyrones bellicque inexptos: nec arma quod tenere scientes nobiscum ducere coacti sumus. Veterani autem quos per italiam reperimus: uicti iam ante quibusdam proeliis gotthos uictores ita formidant: ut uix aspectum eorum ferre possit: Stipendiusque diu fraudati: nec equos nec arma nuper amissa reparare potuerunt: nec in expeditiones sine his exire consentiunt: nec alioquin tantae sunt copiae: ut cum hostium copiis congregari sine manifesta pernicie ualeant. Nam maxima eorum pars qui in italia tuo nomine militabant ob ea quae memorauimus incommoda: sponte sua ad hostes transierunt.

43

Pecuniarum autē redditus nullos ab italia speres nobis
prouenturos esse cum sit iterum ab hostibus magna ex
parte occupata . Et ea quæ restat pars adeo attenuata
belloq; afflicta: ut tributa psoluere nullo modo queat.
Si igit̄ satis fuit Belisarium in italiā misisse: optie a te
p̄uisum est. Sum enim ī italia. Quod si hostes supare
uis: alia sunt a te prouidēda. Nam dux belli absque his
quæ opportuna sunt proficere nil ualet. Copias igitur
meorū militum huc mittas oportet: deinde hunnorum
ac cæterorū barbarorum multitudinem ingētem . Illud
insup̄ ate necessario prouidendū est: ut pecuniæ adsit.
Nam sine his in bello nil opportune fieri potest. Hac
tunc a Belisario scripta sunt. Ioannes igit̄ cum his mā
datis ad Iustinianū p̄fectus & quodā tēpore cōmora
tus nihil nisi tarde atque anxie proficiebat . Inter hæc
Totilas Firmum & Asculū quādo q̄dem nemo auxiliū
obseffis ferebat: pactione cœpit. Deinde ex picentibus
in umbros trāsgressus Assesum & Spoletum obsedit.
Præerat Spoletō quidē Herodianus: Assiso autē Sisifri
dus Herodianus q̄q̄ haberet munitissimā arcem: tamē
paucorū dierum inducias pactus cum interea nullum
auxiliū supuenisset cōstituta die urbē & arcē tradidit:
& ipse cum militibus suis ad Totilā trāsiiit. Sisifridus
autem fortius se gessit . De pactione enim nūq̄ audire
quicq̄ uoluit. licet minus ualida urbe iclusus sæpeque
eruptiones in gotthos egregias fecit: & aliquot præliis
laudabiliter dimicauit . Ad extremum uero circūuētus
ab hostibus pugnās occidit. Ciues autem assisani eius
uiri præsidio destituti paucis post diebus se se ac urbē
Totilæ dediderūt. Deinde perusiā exercitus a Totila du
ctus est. Præerat autē perusiæ Cyprianus cuius supra iter
Iustiniani duces mentionem fecimus. Eum cū Totilas

neque ui neq; promissis flectere ualeret: Vliaro quodā
ex armigeris suis pecunia corrupto p eū dolo ac fraude
Cyprianum iterfecit. Milites tamen post mortē Cypri-
ani Vliarum profecuti urbem egregie defēdebāt. Itaq;
circa illam cōmorari diutius Totilas nolens soluta pe-
rusii obsidiōe romā petere cōtendit. Cūq; eo puenisset:
opportunis locis romā circumsedit: non tamē agricolis
molestus. Nam toto hoc bello Totilas rusticos & agri-
colas offendi a suis militibus nūq; permisit. Romæ in
præsidio erant Bessas unus ex Iustiniani ducibus: &
Conon ille q; dudum neapoli præfuerat. Miserat quoq;
eo Belisarius Artasiram genere p̄sam: & Barbationem
trhacem cū non cōtemnenda militū manu q; custodia
urbis una cum cæteris intenderent. Cum igitur circa
urbem romā constitissēt gotthi: egressi cum militibus
Artasira & Barbation proelium inierūt. Ac primo qdē
gotthos in fugam uerterunt: sed ipsi longius infecuti
tandem circūueniunt a gotthis: maioriq; parte militū
aīssa: uix atq; anxie ī urbē refugerūt: atq; ex illo tēpore
deficiente spe caritas annonæ prius: mox etiam fames
secuta est. Neque enim terra importari quicq; poterat
assidēibus gotthis: neque mari quoniā classis dudum
a Totila neapolis cōparata: tūc rursus structa: onera-
rias nauigare prohibebat. Et intra urbem romam per
hoc ipsum tempus suspicio proditiōis īgens uersabat.
Ob quā Cethegus princeps senatus roma pulsus centū
cellas aufugit. Dum ea romæ gerebant' alius gotthorū
exercitus Totila iubēte placentiam obsedit. Ea est urbs
magna iuxta padum amnen: solaq; ex omnibus eius
regionis ciuitatibus Iustiniani p̄manebat in partibus.
Belisarius aut cum hæc intueret: ac de periculo urbis
romæ plurimū sollicitus esset: ac ex urbe rauenna opem

Caritas. Anno.

ferre nō ualeret: ob loca īteriacētia ab hostibus possessa & paucitate copiarū suarū abire illinc & alia uia auxiliū ferre cōstituit. Itaq; Iustino cum manu militū rauennæ relicto ipse p dalmatiā dyrrachiū profectus ibi uenturas ab īpatore copias expectabat. Roma īter hęc durissie obsidebat & cuncta ī deterius prolabi & ad ruinam rēdere uidebāt. Valētinus & Focas a Belisario præmissi portuensem urbem tenebant : atque inde molestias & damna ppe quotidianis incursiōibus inferebāt hosti. Cum igit aliquo tempore ea pspere fecissēt : magnaq; ob hoc auxilia præbuissēt obsessis: tandem præcipitati in insidias & ab hostibus circumuenti interficiuntur : pauciq; ex eorū militibus uix & anxie in portum refugiētes euaserūt . Traxit uero hęc præfectorū & militū cædes statim post se incōmodum maius ppter frumēti amissionem. Vigilius enim pontifex romanus tunc in sicilia degēs cū fame premi romanū populū cognouisset: magnā uī frumēti nauibus īpositā romā mittebat. Gotthi aut id sentientes cum iam appinquaret naues in portū præueniunt : & post turrez ædificiaq; latentes insidias struūt. Milites q; erant in oppido: haud multo prius amissis præfectis cæsisq; maxima ex parte sociis : pauci ipsi relicti aduersus hostes exire non ausi de mœnibus ac ppugnaculis quassatiōe uestiū & manibus & clamore nautis significabāt īsidias esse in portu: pīdecauerēt nec illuc accederēt . Nautæ uero utpote q; neq; de aduersa pugna neq; de cæde præfectorū qcq; audierāt: illa quæ fiebāt signa pīnde accipiebant quasi lætitiæ adhortatiōisq; signa foret. Itaq; ob hoc ipsū magis procreantes secundo cursu portum ingressi a gotthis insidentibus capiunt omnes cum sūma desperatione populi romani qui ab expectatiōe eius frumenti totus

Vigilius
pontifex

pendebat. Et fames quædam non iam tolerabilis romam
premebat. Gotthi autem ob hoc ipsum audacius instabant.
Erat per id tempus romæ Pelagius quædam diaconus qui
in hac difficultate famis præmulta ac maxia pietatis opa
in plebē romanā ediderat: pecunias erogando ac succur-
rendo indigentia singulorum: ob quā liberalitatē nomen
eius prius magnū etiam clariū factū est. Ad hūc igitur
romani cōueniunt postulantque suppliciter: ut pro salute
populi romani legatus ad Totilam proficiscatur: paucorum
dierum inducias petiturus: quibus diebus nisi auxilium
superueniat deditiōnē urbis Totilæ promittat. Pelagius
autem quādo ita necesse erat populo paret: in castra ad
Totilā cum mandatis accedit. Totilas uero hoc ipsum
fore cōiectura suspicatus: ex transfugis enim difficultatē
obsessorum extremā cognouerat: uenientē ad se Pelagiū
honorifice suscepit: sed ante quā Pelagius madata expo-
neret ipse præueniēs longa & acerba oratiōe cōtra romanos
iuectus est: beneficia Thoderici gotthorumque in romanos
exprobans: ac perfidiam romanorum in gotthos redarguens.
Ad extremū conclusit nullā esse colloquii uel pactiōis
uiam: nisi euersis mœnibus sese ac sua in arbitrium
potestatēque gotthorum romani præmittant: eas passuri leges
quas sibi uictor tradidisset: hanc acerbitatē cōtumeliāque
oratiōis Pelagius audiēs non ultra cum eo insistendum
ratus. Quādo quædam inquit tu Totilas uocē legati audire
nō sustinuisti sed anticipās præcidisti omnē colloquii
uiam ad deum cōfugiemus: qui solet superbas ac supra
modū elatas hominū mentes suo iudicio deprimere.
Hæc fatus euestigio in urbem reuersus est. Romani autem
Pelagiū re infecta redire cernentes: quod agerent aut quo
se uerterent nesciebant. Hinc enim fames intolerabilis
eos premebat: Ilinc uero Totilæ gotthorumque crudelitas

45

ante oculos uersabat: potiusq; inedia mori q̄ ī sauiſſias
gotthorū manus deuenire ſtatuebāt. His rationibus ea
p̄peſſus eſt romanus populus: quæ etiam cōmemorare
miſerrimū ſit. Inter hæc Iuſtinianus Ioannē cū exercitu
ad Belifarium remiſit. Præbuit uero neq; tunc magnas
copias ſed maiores parabat proxio transmittere. Cuius
rei gratia Narſetem cubicularium ad erulos miſerat &
ad cæteras nationes barbaras circa hiſtrū incolentes &
iam in thraciam eorum quidam tranſierant. Sed cum
dyrrachium pueniſſent copiæ ac de gerēdo bello cōſul-
tare: omnes uno ore ferēdam opem romanis cēſebāt.
Quomodo aut̄ id fieri deberet: uariæ fuerunt ſentētiæ.
Ioannes enim ſuadebat cum oibus copiis per calabriā
& apuliā proficiſcendum eſſe: atq; ita romā petendū.
Simul enim eūtes p̄ facile uictores eſſe poſſe. Quod ſi
diuidantur copiæ: & alii terra: alii mari p̄ficiſcantur:
nullam partē hoſtibus parem futuram: Belifarius hanc
iſſam ſententiam laudaturum ſe dicebat: ſi populus
romanus in tanta extremitate cōſtitutus nō foret. Nūc
autē maxima feſtinatione opus eſſe. Habere uero per
calabriam & apuliam iter per ſe ipſum longitudinem
magnam: & ab hoſtibus occurrentibus moras inferri
poſſe. Mari uero ſi uentus adſit: quāta die in portum
romanum claſſem p̄uenturam ac ex p̄p̄inquo certam
ſpem romano populo allaturam. Audierat enim præ-
fectorū ſuorum aduerſam pugnam: ac frumenti ſiculi
amiſſionem cognouerat. Ex hoc deſperationem ac dif-
ficultatem romani populi animo deprehendebat. Hac
igit̄ ſententia in cōſilio approbata Belifarius cū claſſe
dyrrachio p̄fectus Hydruntum puenit. Gotthi autem
q̄ id oppidum obſidebant præſentia Belifarii cōteriti
obſidionem diſſoluerunt: fugientesq; ab eius cōſpectu

Brūdusiū se receperūt quod distat ab hydrunto duobz
diebz itinere: cōfestiq; ad Totilā mittētes significarunt
Belisari aduentum credētes eum terra iter esse factuz.
Quod cum audisset Totilas statim se comparauit cū
exercitu obuiā pficisci. Sed cū Belisarius postea mari
ferretur: idq; Totilas cognouisset: ad resistendum circa
urbem romam totus incubuit maxie in eo sollicitus ne
tyberi importari ad obsessos quicq; possit. Cuius rei grā
hæc puidit: Locū eligens pcul ab urbe ūdecim milibus
passuū: ubi flumen tyberis maxime in arctum cogitur:
trabes lōgas ab una ripa ad alteram in modum pontis
cōstituit. In utraque deinde ripa turrim ligneā effecit.
Cathenam insup ferream ante pontē ipsū collocauit:
præsidiq; duo ab utraque ripa ad cathenæ capita exæ
dificauit: turres aut ac præsidia militibus cōpleuit: qui
pōtem custodirēt. Belisarius iter hæc ad portū romanū
puenerat. Ibiq; expositis copiis Ioannem & exercitum
q; cū illo erāt expectabat. Romani uero cognito aduē
tu: meliori spe difficultates omnes tolerabant. Ioānes
post discessum Belisarii traiecto freto gotthos nil tale
suspiciātes iuasit: multaq; cæde ī fugā uersos psecutus
est: ac primo ipetu Brūdusiū cepit. Cōciliatis deinde
sibi calabriæ populis & ad beniuolentiā Iustiniani tra
ductis: multaq; illis pollicitus Brūdusio abiit: quōtisq;
subīde castris ad urbem Canusium puenit. Id quoque
oppidū in potestātē redegit. Nō lōge a Canusio uicus
est cannæ: in quo memorabile illud præliū iter Hāni
balē & romanos fuisse phibet. In hoc loco Tullianus
qdam Venantii filius cuius magnū nomen magnaue
auctoritas in lucanis erat Ioannē adit: docetq; lucanos
& brutios nō spōte sua sed cōtumeliis græcor; coactos
hostibus adhæsisse: si beniuolentiā & humāitatē seruare

46

erga illos imperator uelit: sponte sua populos esse redituros:
huic homini commendato amplissime Ioanes omnia pollicetur:
eiusque utilissima opera usus est. Totilas uero cum iam appropinquaret Ioanes delectum suorum equitum capuam misit:
iubens ut intra moenia consistant: demonstrationemque
sui quam minimam faciant. Sed cum praeterierit exercitus hostium
tunc a tergo ipsi subsequantur. Caetera uero sibi curae
fore inquit: haec res adeo conteruit Ioannem: ueritumne
ab hostibus circumueniatur: ut omnia ad Belisarium
perfectione in brutios & lucanos iter conuerterit. Erat in
brutiis Richimundus quidam gothus a Totila cum exercitu
missus: quo eam prouinciam contineret: ac circa scyllam &
charybdim aditum custodiret: hunc improviso aggressus
Ioannes primo impetu profligauit: caesaque magna parte
copiarum reliquos una cum duce in deditioe accepit. Ex
hoc iam Lucani & Brutii omnes a gothis deficientes
imperatorias secuti sunt partes. Et Ioanes quidem in his erat:
Belisarius autem assidue expectans incredibili dolore conficiebatur:
damnabatque Ioanis ignauiam quod non aduersus
equitatum qui capuae fuerat conflisset: praesertim cum ipse
uel optimum hunnorum equitatum haberet: qui facile pericere
poterat: & profligatis hostibus iter suum continuare: neque
quod turpissimum fuerit conuertere: haec & huiusmodi
Belisarius culpabat. Caeterae querelae inanes erant: Ioanes
enim in apulia stantiis positus quiescebat: cogitationemque
romam petendi omnino abiecerat. Timens igitur Belisarius
ne obsessi destitutos se putent: ac ob desperationem aliquod
sinistrum moliantur: statuit per tyberim auxiliium ferre. Nam
per terram quidem non tantas habebat copias ut congregari
aduersus hostes ualeret. Flumen & ingenium sibi sperem
afferebat per aquam ad urbem peruenire. Hac igitur cogitatione
irrigens naues ducetas parauit ex eo genere nauigiis

quæ dromodas græci appellât . Hæ sunt naues incœnia
undequaue lignea habêtes opportunis locis pforata
ad sagittas ac cætera tela in hostes emittêda . Aduersus
aut pōtem ac cætera impedimenta in flumîe opposita
hæc excogitauit . Rates duas ferreis repagulis ac tignis
îter se q̄firmiffie colligatas in flumine cōstituit : supq̄
his turrim ligneam ædificari fecit maioris altitudinis q̄
essent hostiū turres ad tutelam pontis cōstructæ . His
ita paratis frumenta & alia necessaria ad uictum quæ
romam deferre constituerat dromadibus imposuit : ac
fortissimos pugnacissimosq̄ milites cōscendere in eas
iussit . Cæteram uero multitudinem iuxta ripā tyberis
incendere ac trahere rates cum turri mandauit : p hunc
modū structa parataq̄ classe ad hostes contendit . Ipse
quidem unā dromadam ingressus princeps ducebat :
cæteræ sequebant . Ibat una & pedestris exercitus iuxta
ripam illam qua portus est . Miserat quoque romam
Belisarius ad Bessam : ut eruptiōe per id tempus facta
hostes q̄maxime distineret . Sed Bessas neque hoc neq̄
aliud quicq̄ opportunū tota illa obsidiōe fecit . Classis
igitur a Belisario p eum modum structa contra cursū
fluminis cōtendebat . Gotthi uero nullo in loco obuiā
ingressi sunt : sed intra munitiones quieti perstabant .
Cum prope pontem iam esset classis stationem hostiū
reperiunt & præsiidiū unum ad caput cathenæ imposi-
tū . Hoc igit præsiidium Belisarii milites primo impetu
expugnarunt : sublataq̄ cathena ad pontem iuerunt .
Ibi pugna durissima orta est : conātibus gotthis pontē
defendere : Belisarii uero militibus pontem peruincere .
Gotthi enim ex castellis quæ erant ad capita pontis p
pontē ipsum discurrentes fortiffie dimicabāt . Milites
aut nauibus ad pontē ipsum adactis gotthos feriebāt :

47

nec in ponte consistere patiebant. Inter hæc Belisarius rates in quibus turris erat: quæ proxime ad turrim hostiū admoueri iussit. Cumque adhæsiss& uasa sulfure ac pice plena quæ ad hoc ipsum in sūma turris parte suspēsa ferebantur incendi & in hostiū turrim de superiori loco dimitti præcepit. Id cum factū ess&: incidens in turrim hostium ignis cōfestim illam cum omnibus gotthis qui in ipsa erāt cremauit. Fuerūt aut non pauciores ducētis qui in eo incendio perierūt: & cum his præfectus eius præsidii uir omnium gotthorum pugnacissimus. Inde iam maiori alacritate milites in cæteros gotthos ruētes terga dare eos compulerūt: pontemque ceperunt: quem cōfestim icisuri erāt: & cum tota classe romā pfecturi. Neque enim impedimenta supererāt ulla quo minus peruenire ad urbem & frumētum cæteraque necessaria inferre possent cum sūma Belisarii gloria: qui classem illiusmodi excogitarat: sed fortuna ut uidetur aliud constituerat. Impedimentū enim non ab hostibus sed a suis coortū mirabili casu omnia puertit: Ostiā urbē tenebāt gotthi: quæ est in sinistra tyberis ripa iuxta mare: portus autem in dextera. Cum Belisarius cum classe pificeret uxorem & res suas in portuēsi urbe reliq̄t: præfecitque oppido Isaacem uirum strenuum & fidelem cum satis grandi militū præsidio: iubens & obtestans ne quocūque casu ex oppido discederet: sed ibi cōsistēs oppidū tueret. Cum igitur turrim hostium Belisarius incendiiss& ut diximus uolant cōfestim nūcii ad portuēse urbem atque ut fit uictoriam magnam grādus extollūt. Quibus nunciis Isaac exultans lætitia ac se se animo attollens quasi Vefanus quidā præceptorum Belisarii oblitus milites cape arma iub&: ardore & ipe tu delatus ad inuadendum stationem hostiū: quæ erat

in alia ripa non pcul ab ostia cucurrit. Inuadit subito
gotthos: ac primo impetu pellit. Sed hostes paulopost
se se colligentes cohortātesq; aduersus Isaacē redierūt:
cæsaq; magna parte militū qui cum illo erant: ipsum
discussa eius uesena cæperunt. His ita gestis eqtes qdā
Belisario detulerūt. Isaacem captum esse ab hostibus:
quo quidem nūcio pculsus Belisarius nihil ultra pco-
tatus est: nec ubi nec quomodo. Sed ita accepit quasi
hostes portū cepissent: uxoremq; ac cætera eius omnia
haberēt in manibus. Itaq; tanto statim dolore affectus
est: ut loqui non ualeret. Retroq; conuersus classem ac
milites cursim reduxit: certissio pposito uel oppidum
recuperandi rebus adhuc recentibus nec ab hostibus
stabilitis: uel ī pcelio moriēdi. Per hūc modū uictoria
iam parata a Belisario deserta est. Cum ad portum pue-
nisset: saluū esse oppidū ac errore se deceptū cognouit.
Tantūq; dolorē ex hoc suscepit ut ægritudine correptus
iaceret: secutaq; subīde febris lōgo ac piculoso morbo
eum detinuit. Isaaces tantorum malorum causa iussu
Totilæ in uiculis occidit' ob uindictā Roderici præfecti
præsidii: qui ex uulnere in pugna suscepto decesserat.
Et omnino Totilas humanitatem illam quā ab initio
regni ostēderat in supbiam crudelitatemq; cōuerterat:
siue successibus animos facientibus: siue quod ficta ab
initio uirtus diu simulari non potuit. De populo certe
romano sic acerbe loquebatur: ut uel hic terror causa
fuerit ptnacius famem tolerandi quod formidabant
homines illius sæuitiam atq; immanitatem. Quandiu
igitur tempus fuit a Belisario auxilii expectandi supra
uires: supraq; ut ita dixerim humanitatē populus. ro.
famem tolerauit. Omitto cætera: equoꝝ certe & asinoꝝ
& muloꝝ carnes in delitiis p id tempus romæ fuerunt:

Canes & mures ac cætera imunda animalia quæ edebant
 herbas omnis generis quas etiam pecudes non attingunt:
 Radicibus herbarum & corticibus arborum uescebant.
 Sed cum de auxilio iam desperaret: in lachrymas lamentationesque conuersi alii sponte sua uitam finiebant: alii
 latitantes per noctem stationes hostium fallere nitebant.
 Multos etiam fames & inedia intra parietes proprios necauit. In his calamitatibus cum esset ciuitas: quattuor
 milites Isauri de prodæda urbe consilium inierunt. Hi
 custodiam agebant ad cælimontanam portam: quam
 uulgo asinariam uocant. Qui cum inter se id consilium
 cepissent: fune per noctem a mœnibus demisso per eum
 descenderunt: Totilamque aduertes prodere sibi urbem
 pollicentur. Totilas uero hortatus eos ac multa pollicitus
 quosdam e suis cum illis misit: qui inspiceret locum
 & an fieri posset considerarent. Isauri eos ad mœnia
 ducentes per eundem funem illis spectantibus conscenderunt.
 Ita re diligenter inspecta cum fidem his adhibuisset:
 constituta ad facinus nocte Totilas de prima uigilia
 armari exercitum & ad se conuenire iubet. Id cum factum
 esset quosdam e suis qui per funem conscenderet promisit.
 Ipse cum exercitu secutus non procul a porta constitit.
 Missi a Totila ut compositum erat ab isauris recepti
 mœnibus: moxque intra urbem ad portam descendentes
 securibus freti portas aperuerunt. Totilas igitur per hunc
 modum romam ingressus exercitum ad portam continuit:
 neque suorum quemquam discurrere per urbem passus est:
 sed retinens apud se milites diem expectabat. Clamor
 subito ab ea parte exortus hostes esse intra mœnia significauit.
 Inde mira trepidatio & fuga fuit. Abibant fugientium
 agmina per eas portas quæ diuersissimæ erant
 ab ingressu hostium. Multi etiam ex nobilitate & plebe

ad ecclesias confugerunt. Cum dies tandem eluxit per totam urbem discurrerunt hostes: & quoscūque nacti sūt ciuium sine ullo delectu interfecerūt. Totilas uero a Laterano ubi per noctem cōstiterat mouens ad beati Petri ecclesiam profectus est quasi uotum exoluturus. Iter faciebat per urbem stipatus cateruis ferocissimorū hominum: q̄ nudis gladiis ac sanguine distillantibus quoscunq̄e obuios sine ulla distinctione occidebant. Emēso totius urbis spacio cum in uaticanum ad beati Petri limina pueniss&: Pelagius de quo supra diximus præsentiā eius formidans: solenni religionis habitu indutus euangelia christi tenens in manibus ac genua summittens Parce inquit rex supplicibus tuis. Totilas autem superbo nimium aspectu q̄si dedignans nunc inquit Pelagi mihi supplicaturus uenis: ad quē Pelagius: nunc inquit quando deus te mihi dominum esse uoluit. Miserere igitur domine seruorum tuorum. Ex hoc Totilas q̄si lenita ira præcepit: ut nemo posthac feriretur: sed finis ess& licentiæ gladiatorum & cædibus. Præcepit etiam ut nulla ingenua fœmina: seu mulier: seu uirgo: seu nupta: seu uidua foret uiolaretur: idque seuerē cum omni diligentia custodiuit. Bona dūtaxat romanorum ciuium in prædam militibus cōcessit: corpora libera esse iussit. Volens autem gotthorū mentes uictoria elatas deprimere in cōcione postridie uocatos in hunc modum allocutus est. An quisq̄ uestrū cōmiliones tantas mutationes intuens quātæ p̄ hos annos contigerunt nō formidet rerum humanarū fragilitatē: & ūde mutatiōes istæ pueniāt non facile deprehēdat: Omitto romam dominatricem quondam orbis terrarū in uestras manus nunc deuenisse: hæc enim antiquiora sunt: ruinaque huius urbis non nunc primum incepit.

Ego nostra commemorare malo. Quid potentius ante hoc bellum fuit: quā gotthorum gens per italiam: ducēta milia bellatorū ponebat in campo armis: equis: opibus: auro & argēto a fatim structa. Italiam uniuersam cum sicilia: corsica: sardinia: & dalmatia possidebat. Hanc tantam potentiam quis unquā putasset ab septē milibus græcorum: nec enim plures ab initio in italiā uenerunt fuisse subuersam? Quid autem postea tenentibus oīa græcis ac plane dominantibus: quisquā ne putasset uos admodum paucos & inopes aduersus uiginti milia græcorū italiam recuperasse cum ab initio quattuor equitū milia cōficeretis: ac præter Papiam Veronā & Taruisiū nihil per italiam teneretis? Romam nunc tandē caput rerum cepisse: quam Vitigis ducetorum miliū exercitu: & annua obsidiōe subigere nequiuit. Maxima sūt hæc cōmilitones: ac digna admiratione non parua. Atqui mutationum istarum causæ si attendere uelimus manifestissimæ sunt: quādiu enim gotthi æquitatem ac iustitiam inter se colere uoluerunt: res eorum ac potētia floruit. Cum uero plus habendi cupiditas transuersos egit: tunc seditiones domesticæ cædesque intestinæ & prodiones clandestinæ inter se ipsos coortæ ruinam pepererūt. Rursus uero cum in iustitiam duces: hæ ipse labes transiuerunt: uos iam emendati facile eos superatis: hæc igitur considerantes in hac uictoria uestra minie superbiere debetis: sed deum uereri ac mutabilitatem fortunæ expauescere. Illudque intelligere imperia ac potētias oēs p̄ facile amitti: nisi p̄ iustitiā & p̄uidētiā & industriā cōseruēt. Maximā igitur adhuc uobis cōmilitōes laboris partē restare scitote. Nam tueri quæsita difficilius est quā acquirere. Quoniā in acqrendo ignauia possidentis sæpe plus cōfert quā ppria uirtus. Tueri autē quæsita sic ppria

uirtute nemo potest. Hæc tum a Totila dicta sunt. Gotthi autem sapientiam regis sui laudauerunt. Post hæc romanis ad se uocatis illorum ingratitude erroresque redarguit. Quod cum prius fuissent in manibus Odoacri: opera Theoderici & gotthorum liberati ab illius tyrannide tanta suscepissent beneficia quanta uix sciuisset optare: propter quæ diuites atque beati multos annos uixisset. Demum uero nulla iniuria nullaque contumelia accepta contra fidem ac iusiurandum ad grecos defecisset homines leuissimos & sine ulla uirtute. Qui statim obsessi ab Vitigide nunquam perire in aciem ausi fuerunt: sed intra moenia inclusi ac fame macerati omne dedecus tolerauerunt. Qui postquam non armis sed perditionibus & fallaciis facti sunt domini ciuitatum publicanis exactoribusque & delatoribus omnia refarserunt. Qui ciuitates populosque italiae mirabili acerbitate ad solutionem eorum tributorum compulerunt: quæ iam multis annis a Theoderico cæterisque regibus fuerant eis condonata atque remissa: Qui rationes administratorum sub eisdem regibus a populis priuatisque hominibus repoposcerunt: ut imperatoris sui inexplebilis auaritia impleret. Dicite inquit romani si quid unquam mali a gotthorum regibus passi fueritis: dicite rursus si quid boni a greculis istis accepistis unquam: quod uobis amicis plura mala quam hostibus intulerunt: genus uiciosum ac maleficum & in ulla re magis quam metiendo efficax. Atqui gotthi in italia nati & una uobiscum educati sunt: uobis autem peregrini & ignoti magis placuerunt quam ueritates & noti: usque adeo quos amare debebatis odistis noua optantes & quæstus fastidientes: quæ ad modum eorum ocio & affluentia calcitrosi fiunt. Vos igitur hæc contra rectam fidem contraque utilitatem uestram patrii poenas merito luitis hæcenus & luetis. His dictis romanos sine ulla spe bona dimisit. Per eosdem dies acta Iustinianæ nobilis mulieris causa est. Accusabant illam gotthi

q̄ statuas Theoderici regis cōfringi deleriq; fecisset: ob
 uīdictā Boetii mariti ac Symachi p̄ris quos Theoderi-
 cus necari fecerat. Quod obiiciebat mulieri de statuis
 deletis: uerū fuisse putabat. Sed accusabat eā iustus do-
 lor q̄ magnos illos uiros iuste necatos fuisse cōstabat.
 Qua rōe Totilas mulierē absoluit: & ab ipetu gotthorū
 tutā seruauit. Post hęc legatos mittere ad Iustinianū
 decreuit. Fuerūt autē legati Pelagius de quo supra dixi-
 mus: & Theodorus qdā romanus orator. Hos Totilas
 grauiissimis iuramētis obligauit: q̄ mādata sua fideliter
 exequent: & q̄ ī italiā q̄celeriter ad se redibūt. Sūma
 mādatoꝝ hęc fuit. Si ipator ipsū & gotthos in amicis
 h̄re uelit: se urbē romā seruaturū: & in cūctis expeditio-
 nibus pmagna ac fidelia auxilia pręstaturū. Si autē bel-
 lū cū gotthis h̄re malit: romā ad solū esse diruturum:
 quoniā neq; tueri illā ī bello occupatus esse uelit: neq;
 hostibus eam reliquere. Scripsit etiā ad Iustinianū epi-
 stolā ī hūc modū. Quę facta sūt de urbe roma puto te
 oīa cognouisse: quoꝝ uero grā legatos ad te mittimus:
 ista sūt. Pacis bona optamus & suscipe & exhibere: ut
 nup̄ sub Anastasio ipatore. ro. cū rege Theoderico fu-
 it: quoꝝ cōcordia & pax trāq̄llitatē illoꝝ tēpoꝝ & p̄ma-
 xia cōmoda utrisq; peperit. Si igit & tu eiusmodi mētis
 es parētē merito te uocabo: meq; & gotthos ī q̄buscūq;
 expeditiōibus auxiliares hēbis: Sin alterius mētis es: a
 legatis itelliges quę sequent. Legati igit cū his mādatis
 in graciā nauigarūt. Totilas autē expectās illoꝝ reditū
 romę cōsistebat. Belisarius apud portū febrī ac dolore
 aī cōfectus q̄scebatur. Inter hęc Ioānes ī lucaīs & brutiis
 multa inouare prexit. Quare Totilas quoq; mittere in
 lucanos ac bellū resumere coactus est. Nec multo post
 certior fit de Iustiniani responso. Nam cū legati ad eū

perfecti epistolā primo reddidisset: moxq; mandata expo-
suisset: & addidisset ipsi preces ac supplicia p̄ cōseruatōe
urbis romæ ī tāto discrimīe cōstitutæ: nihil aliud ab īpa-
tore respōsū ē nisi Belisariū esse ī italia ī cuius potestate
atq; arbitrio res italiae cōmisisset. Id postq̄ Totilas ītelle-
xit negari sibi cernēs quod postulauerat: Ioānis etiā factū
īdignatus q̄ se q̄scētē ac nūcios p̄ cōcordia missos expe-
ctātem bello laceffiss& de uertenda urbe roma cōsilium
sūpsit. Itaq; insurgens mirabili crudelitate mœnia romæ
pluribus locis ad solū euertit. Fuit aut̄ illa quæ euerfa est
fere tertia p̄s totius ābitus muroꝝ. Capitoliū deīde icēdit
circa foroꝝ & suburā & uia sacra oīa conflagrauit: fumabat
q̄rinalis mōs: auētinus flāmam incēdii euomebat: fragor
ruētū domoꝝ ubiq; audiebat. Inter hæc icēdia multitu-
do urbana cū cōiugibus & liberis sedibus p̄riis educebat:
ne deplorādi q̄dē miseras suas libertatē habēs Et popu-
lū q̄dē ac turbā p̄ oppida cāpāiæ disp̄sit. Senatores uero
ac p̄ncipius obsidum loco circa se retinuit. Roma post hæc
cū toto exercitu egressus eā desolatā penitus ac uacuā de-
reliq̄t: ut neq; uir q̄sq; neq; foemia ī illa remaneret.

INCIPIT LIBER QVARTVS



GRESSVS Roma Totilas partē exerci-
tus cōtra portū collocauit in loco q̄ dicit̄
Algidone: ne Belisarii milites q̄c̄q; moliri
p̄ eius absētiā ualerēt. Ipse cū reliqs copiis
aduersus Ioānē ī calabria p̄fectus ē. Ioan-
nes uero simulac uenir̄ Totilā aduersus se cognouit: t̄pi-
ter fugiēs & oīa dereliquēs nō prius cōstitit q̄ Hidrūto se
recepit quod ē ultimū calabriæ oppidū. Itaq; ubi ad eas
partes Totilas puenit: paruo momēto lucanos & brutios
& calabros omnes præter hidrūtinos recupauit. Per hoc

tpūs spoletū a gotthis defecit. Custodiebat tūc solūmō
 arx: Nā moenia spoleti Totilas euerterat. Arx uero facta
 erat ex āphiteatro quod ātiqtus ea ī urbe exādicatū fu-
 erat. Auctor uero defectiōis fuit Martianus qdā bizātius
 q̄ cū iter custodes esset: inītā cū .x. & .viii. militibus cōiu-
 ratioē prāfectū prāsidiū interfecit: arcēq; Belisario tradi-
 dit. Eodē fere tp̄e tarentū repositū ē: cū prius desertū ac
 desolatū fuisset. Reposuerūt eā urbē calabri & alii popu-
 li bello domo pulsi. Nec primū eius urbis magnitudinē
 sed ptē illius quādā iuxta portū mari utriq; cictā occupa-
 tes faciliter eius aditū a terra muniēūt. Totilas redactis ī
 pōtatem cūctis lucaīæ et calabriæ oppidis prāter hidrūtū
 cū ide abire statuisset prāsidiū militū apud acherusiū ur-
 bē relicto ipse cū reliquo exercitu rauēnā petere cōtēdit.
 Inter hęc Belisarius lōga febris liberatus audax cōceptū ac
 ut multi putassēt temerariū moliri aggressus ē: qd tamē
 postea magnanimū & laudabile apparuit. Cōstituit enī
 romanā urbē tunc desolatā occupare ex īpūiso atq; mu-
 nire. Hoc igī ī se cālās cōsiliū relicto apud portū paucis
 militibus in prāsidiū eius oppidi: ipse cum cæteris oībus
 quas hēbat copiis p̄fectus nemīe uel suorū uel hostiū id
 suspicāte romā occupauit: & icredibili celeritate munire
 illā prexit. Quia enī subuersa erāt moēia tumultuario o-
 pe muri aliqd refecit: fossas pfūdas āte muros egit: agge-
 rē prācutis arborū raīs ab stipite sub terrā fixis & iter se
 se cōnexis cōmuniuit. Turres ligneas & ppugnacula ad
 tutelā resecti muri īposuit. Hęc sūma militū uolūtate &
 opa. xxiii. diebus Belisarius p̄fecit. Nauesq; a portu fre-
 quētes aderāt frumētū ac cætera ad uictū necessaria īpor-
 tātes. Romāi ciues quorū multitudo p̄ finitiā oppida cō-
 stiterāt audita restitutiōe urbis mirabili desiderio in pa-
 triā demigrabant: prāsertī cū ibi frumēti copia hēretur

cuius defectu alibi premebant. At enī Totilas postq̄ ista
sēsit relictis cæteris curis romā petere festiavit. Nōdum
portas urbis iponeī Belisarius ualuerat: cū hostes supue-
neēt. Neq; enī fabroz facultas aderat a qbus refici potu-
issēt. Gotthi prima die nō lōge ab urbe cōtra portā sala-
riā castra fecerūt. Postridie uero sub ortū solis maxio tu-
multu atq; clamore ad expugnationem urbis accessere.
Belisarius pugnacissimū quēq; militē delectū ad portā:
reliquos p mœnia ac ppugnacula collocauit: ac subeūtē
desup ferire hostē iussit. Pugnatū ē uehemēter ab utrif-
q;. Nā gotthi ea spe uenerāt ut priō statī clāore urbē cō-
fiderēt se esse capturos. Qui cū uiderent contra atq; ipsi
rati fuerāt resisti: furore & ira icēsi ferebāt: temereq; sub-
eūtes de supiori loco pcussi cadebāt. Maxio cōatu & mi-
rabili ptinacia illa die utriq; certatū ē: pugnaq; mane cœ-
pta ad noctē durauit. Postq̄ tenebræ factæ sunt Gotthi ī
sua castca redieēt: Belisarii autē milites pti ī mœibus & p/
pugnaculis ut erāt cōstiteēt: pti stationē ad portas egerūt.
Ne uero hostes p noctē īpui si adirēt: tribulos āte portas
frequētes iecerūt. Altera quæ secuta ē die gotthi eodē ordīe
ad urbē accesserūt. Belisarius autē & sui eodē mō resistebāt.
Sed cū ī lōgū traheret oppugnatio: milites q stationē hē-
bāt ad portā subito egressi pedē cōferre aduersus gothos
ac repugnare ex æquo ausi tadē ab ea pte in fugā hostes
uerteēt: ac lōge a porta multis uulneribus sūmoueēt. Ita
finis oppugnationi īpositus ē. Post hęc multis diebus in-
termisissis cū īterī uulēribus curādis & armis parādis itēdis-
sēt: rursus ad urbē oppugnandā gotthi subieēt. Belisari-
us uero milites suos iā magis fidētes porta educit: & ni-
hilomiūs turribus & ppugnaculis aliā multitudinē ipo-
nit. Cōmittit āte portā pceliū atrox & uehemēs: in quo
cū signifer Totilæ lācea trāssixus equo cecidiss&: signūq;

pstratū ess&: sūmo studio cōkursū ē ab utrisq; a gotthis si
 qdē ut signū seruarēt: nec tātā ignoīniā suscipent: a Beli
 sarii uero militibus: quo signi capti gloriā nāciscerēt. Tā
 dē huius pugnae exitus gotthi qdē signū recipēt: Belisarii
 uero milites corpus signiferi optinerēt prāter sinistrā ma
 nū. In qua qa anulus erat aureus: gotthi eā absciderūt: ne
 hostes eo potirent. His actis Totilas qa se frustra conari
 uidebat proeliū diremit ac postridie abiēs tybur cōcessit.
 Eā qppe tenebat urbē ut supra dixiūs: maiorēq; ī modū
 munita arce his quasi castris aduersus romanos utebat.
 Romāi uero ne subditis īcursiōibus ab ea pte īfestarent
 cūctos anienis pontes euerterūt. Anio fluminis ī hernicis
 orit̄ decurrēsq; ex mōtibus planiciē secat iter tybur & ro
 mā. Habet uero prāaltas ripas & aquarū pfūditatem nō
 trāsmeabilem. Itaq; pōtes sup eo p̄cipalibus uis existe
 bāt: ceu salaria & nomētana & tyburtina. His igī tūc pō
 tibus recisis fieri discursiōes aduersus urbem romā ab ea
 pte nō poterant. Belisarius post gotthorū discessū portas
 urbis earumq; ferramēta q̄ete iam fabricari fecit: clauēs q;
 urbis romae q̄si itē ab se p̄tā ad Iustinianū ī graciā mi
 sit: Finisq; fuit duodecimi āni huius belli. Proxiō dehinc
 āno ut primū uer īcōepit: Totilas tybure p̄fectus perusiā
 duxit. Ea urbs pridem obsidebat̄ ab alia gotthorū manu.
 Cūq; deficer& iam frumētū & cetera necessaria ad uictū
 Totilas eo p̄fectus est quo obsidionē magis urger&: ac
 oēm spē obsessis auferr&. Dū circa perusiā urbē Totilas
 cōmorat̄: Ioānes cū audiss& Totilā ī obsidiōe occupatū
 esse: sēatores uero ac patricios urbis romae quos secū To
 tilas eduxerat p̄ cāpaniā oppida sub militū custodia re
 liquisse: fama sui noīs extēdere cogitauit p̄ illoꝝ liberatio
 nem. Mouens igī ex calabrya cū delecto eq̄tatu: neq; die
 neq; noctu ītermisso itinere ī cāpaniā ueit. Totilas uero

p id ipsū tpūs hęc eadē suspicatus ualidā gotthorū manū
ī cāpaniā destinauerat. Hi cū Mītnas puenissēt ibi substi-
terit: partēq; suorū aliq̄ p̄miserūt: q̄ oppida specularēt: fo-
retq; fortuna accidit: ut gotthi eq̄tes p̄missi ī Ioāne eiusq;
eq̄tatū iciderēt: statiq; proeliū īter eos coeptū ē. In quo p̄-
ualēs Ioānes multis eorū occisis plurimis uulneratis eos ī
fugā uertit. Ea p̄fligatiōe etiā hi q̄ mītnis remāserāt cōte-
riti aufugerunt. Et Ioānes adducēdi quos uoluit p̄ magnā
hūit facultatē. Nā oppida cāpaniæ s̄ie mōibus erāt. Iam-
p̄ridē. n. gotthi illa euerterāt. Itaq; ex s̄igulis oppidis roā-
nos capiēs oēs q̄ ibi repti sūt de manibus gotthorū libera-
uit: atq; adduxit: p̄ter Clāmētīnū & Orestē: quorū alter
abire noluit īpatorē formidās: alter defectū equorū causa-
tus ī abiguo remāsit. Nō multi tamē seātores ī cāpaniā re-
pti sūt: sed mulieres senatorū cōplurīā: uiri. n. nocte illa
qua Totilas urbē coepit: pleriq; militū agmē secuti ī por-
tuēsē urbē refugerāt. Totilas uero cū hęc quæ a Ioāne fa-
cta sūt cognouisset: ualde cōmotus ē: p̄enasq; a Ioāne su-
mere cōstituit. Itaq; parte copiarū in obsidiōe perusiæ reli-
cta ipse cū reliquo exercitu magnis itineribus p̄ picētes &
marfos & pelignos ī apuliā p̄perauit: trāsuersisq; itieribus
p̄fectus nō prius destitit q̄ ī calabrya reptū Ioāne repēte
īuasit: & cū toto exercitu p̄fligauit: castra etiā coepit. Nō
tamen permagna cædes facta est a gotthis: nam erat nox
cū aggressi sunt castra. Quare faciliter latitando milites
in proximos montes euaserunt. Ioannes & Arnulfus e-
rulorum ductor: qui una cum Ioanne militabat: Hidrū-
tum ex fuga se receperunt. Militesq; postmodū diuersis
itineribus ad eos cōuenere. Hęc Totilæ uictoria maxime
nomen eius inclytum reddidit. Præclarum enim uisū est:
regem a perusiæ mōibus in calabryam usque tanta cele-
ritate iter fecisse: quanta uix nudus uiator graderetur.

53

Nec ipse lectica aut rheda delatus: sed pari cum militibus labore equo profectus armisque suis oneratus incessit. Haud multo post id proelium alia a Iustiniano copia in Italiam missa Hydrunto applicare coeperunt. Permotus enim imperator crebris Belisarii litteris: qui conditionem belli significans supplementa postulabat: novas copias in Italiam mittere decreuerat. Et Belisario scripserat: ut in Calabria se transferret ad recipiendum milites & bellum aduersus hostes illic gerendum. Ductores uero nouarum copiarum erant. Valerianus armeniorum ductor & uerus erulorum. Belisarius cum imperatoris litteras mandataque suscepisset: caeteris Romae & apud portum relictis copiis sub cura & gubernatione Cononis legati: ipse cum noningentis militibus delectis quorum septingenti equites ducendi pedites fuerunt mari delatus Calabriam petere contendit. Erat uero propositum eius Tarenti copias exponere: quod abest ab Hydrunto bidui itinere: eoque in loco reliquum exercitum cogere. Sed uento aduersate contra propositum animi sui Crotonis in portu copias exponere coactus est. Vi enim tempestatis nec ante neque retro nauigare poterat. Crotonem igitur expositis copiis quoniam his in locis pabuli facultas non erat: eques a peditibus separe compellit. Ipse enim cum peditibus et uxore Crotonis remansit: quo Ioannem cum caeteris copiis ad se uocaret: equites uero ultra progredi iussit & in finibus turinorum consistere. Sic enim profacile sibi & equis opportuna reperturos ac facturos tuto in loco: quoniam lucani montes in Brutios discurrentes duas ualles arctis aditibus faciunt: nec procul ab altera ualle iuxta littus maris ruscia est turinorum castellum: supraque illud est oppidum remotius a mari arduo loco situm quod ruscianum uocant. Id oppidum Ioannes praesidio militum custodiebat. Belisarius igitur eques suos

ad hæc loca dimisit: eisque præfecit Phasã genere ibery
præstâtissimũ bello uig: & Barbationẽ thracẽ. Custodi-
reque assidue aditum iussit: his eqtibus cum ad ea loca
uenissent casu quodã obuii fiunt equites hostiũ: quos
Totilas ad tentandum oppidum miserat: quod supra
diximus Ioannis præsidio custodiri. Prælioque cõmissio
Belisarii equites licet pauciores numero: tamen facile
superarunt: ac supra ducentos ex hostibus occiderunt.
Stãtes uero i his locis utpote uictores & pcul ab oculis
sui ducis cõmorãtes neque ordinẽ neque disciplinã serua-
bant. Vagantes pcul a signis uigilias negligentes: nec
exploratores mittere: nec speculatores habere curabãt:
nec arcta uallis qua facile arcere hostẽ poterãt custodi-
re. Quæ postq̃ Totilas cognouit cum tribus equitum
milibus pfectus eos nihil suspicãtes iuasit: fauces enĩ
illas aditusque prius transgressus est q̃ Belisarii equites
uëtus sensissẽt. Hic cædes & pfligatio igẽs fieri cœpta.
Phasas & Barbation erant præfecti: quorũ Phasas cum
turma suorũ eqtũ Totilæ succurrens mirabilia uirtutis
opera edidit: Ipseque cũ oibus suis eqtibus ad extremũ
occubuit: Barbatiõ cũ duobus tãtũ comitibus aufugit.
Cæteri uel capti uel iinterfecti sunt. Fuerunt & qui statĩ
fugã arripientes ad Belisariũ tãtã cladis nũcii euaderẽt.
Belisarius amisso eqtatu cũ suspicaret hostes aduersus
se esse uenturos naues ppere cõscendit: ac magno cum
dolore sese uentis pmittens eadem illa die Messanã in
Siciliã delatus ẽ: quæ distat a Crotone milia passuum
circiter nonagita. Totilas uero cũ ea pfectiss& ac uires
hostiũ turbatã essent ruscianum oppidum obsidere
cõstituit. Erãt enĩ in eo oppido trecẽti equites a Ioãne
collocati: & pedites centum a Belisario nuper missi.
Præterea italoꝝ eqtes & pedites magno numero qbus

si obsiderēt fatis mature defuturi cōmeatus uidebāt.
 Hac igit spe Totilas oppidū circūfedit. Per hoc tēpus
 milites a Belisario romæ relictī Cononē præfectum suū
 interfecerūt. Irati & indignātes q̄ ille mercatura frumē-
 taria clādestine inita pretiū annonæ quotidie augetet:
 iidem milites a Iustiniano p̄ legatos postularūt huius
 delicti abolitionē asserentes nisi id cōcedat īperator ac
 stipendia insup eis debita soluat se romam Totilæ esse
 tradituros: quo qdē metu oīa illis sunt cōcessa. Obsessi
 uero apud ruscianū oppidū cū defectu ānonæ preme-
 rent: sermōe cum Totila habito certi tēporis inducias
 paciscūt: ītra quod tēpus nisi ueniāt subsidia oppidū
 debere pmiserunt. Ex hoc iā apparatus fiebāt a Ioāne
 qdē ut illis opē ferret: a Totila uero ut phiberet. Inter
 hæc Belisarius ex sicilia hidruntū uenerat & Valerianū
 militesq; nouos a Iustiniano missos susceperat: itaque
 copiarū abūde erat. Nec deerāt naues qbus ad liberādū
 obsidiōe socios ueherent. Oibus igit paratis ac militi-
 bus nauibus īpositis rusciam nauigarunt. Obsessi uero
 classē cernētes: nā oppidū cello loco sitū mare p̄spicit:
 ingenti lætitia exultantes cōstituta die deditiōē facere
 noluerūt. Nec multo post classis uento dissipata uariis
 in locis naues diuisit. Deinde cū crotonis portu simul
 cōuenissent: rursus inde mouentes rusciam petierunt.
 Totilas cū appropīquarēt naues gotthos armari fecit:
 ac eos per littus cōtra pras nauium disposuit: hastis &
 sagittis appellere classē phibentes. Quos cum uiderēt
 græci ac periculū horrerent cōmorati aliquo tempore
 iuxta littus quasi mox descēsuri: tandem re desperata
 cōuersis retro proris abierūt. Cōsultātibus deīde quid
 agēdum foret pro obsessos salute: placuit ut Ioannes
 & Valerianus cum equitatu ac cæteris copiis in agrum

Picenu[m] p[er]ficiscerēt: ibiq[ue] bellū tumultuose īferrēt: quo
Totilas succurrere suis rebus ac obsidionē soluere co-
geret: Belisarius autē cū classe romā nauigaret ad sedi-
tionē militarē de qua supra diximus cōpescendam ac
frumentū classe cōuehendum. His in consilio decretis
Ioānes mature iter arripuit p[er] apuliā & marsos ī picētes
uadens. Valerianus classe deferre maluit. Itaq[ue] nauibus
delatus anconæ milites exposuit: ac se cū Ioānis exerci-
tu coniunxit. Nec ob eā tamen rē Totilas obsidionem
dissoluit. Sed duobus equitū milibus ī picentes missis:
q[ui] aduersus Ioānis Valerianiq[ue] copias tuerent[ur] oppida:
ipse cum reliquo exercitu ī obsidione p[er]māsit. Obsessi
uero cum penitus iā necessaria deficerent: nec ulla spes
auxilii sup[er]esset: Deofesq[ue] italicū & Godilā thracem ad
Totilā mittunt salutē ac ueniā postulantes. Hi p[re]ter
expectationē suā p[er]facilem Totilā reppererunt uni se
duntaxat foedifragiū īputare dixit. Eiusq[ue] unius p[er]cna
fore cōtentū cæteris oībus īpunitatē cōcedere: si secum
militare uelint oīa sua retenturis: sin abire malint cū
singulis uestimentis abiturus. Per hunc modū oppidū
recepit: & Colasesq[ue] p[re]fectum p[re]sidii q[ui] auctor fuerat
oppidi secundū cōuenta nō reddēdi: uerberatum prius
ac mutilatū īterfici iussit. Cæteris p[er]missa ex fide serua-
uit. Remāsit uero cū totila magna pars militū quo res
suas retinerēt. Alii relictis armis & eqs & rebus suis oī-
bus cū singulis uestimētis crotonē abierunt: oppidanor[um]
bona in p[re]dā militibus suis Totilas cōcessit: corpora
tamē libera esse iussit. Per hoc t[em]p[us] Antonina Belisarii
uxor bizantiū p[er]fecta ē: quo Theodorā Iustiniani uxorē
rogaret p[ro] Belisarii ab italia reuocatiōe. Sed cum Theo-
dorā pauloante defunctam esse repperisset: ipsa pro se
Iustinianum adiens multis precibus cum illo egit ut

maritus ex Italia reuocaret. Et ipetrauit quidem faciliter: praesertim cum belli parthici timor ingens adesset. Ita Belisarius ex Italia reuocatus quinquennio fere postquam uenerat in graeciam rediit non eadem fortuna fretus in hac ultima expeditione: qua fretus fuerat in prima. Romae uero abiens tria milia delectorum militum in praesidio reliquit: sub ductu & gubernatione Diogenis legati uiri prudentis & bellorum gnari. Eo abeunte gotthi perusiam longo tempore obsessam ui & armis ceperunt. Totilas expeditis calabrae apuliaeque rebus ad obsidionem urbis romae redire constituit. Faciebant uero sibi animos Belisarii recessus: & ubique per Italiam prosperae gotthorum res graecorum aduersae. Contractis igitur undique copiis cum satis parata esset omnia: romam ueniens urbem obsedit. Erant romae in praesidio delectorum tria milia militum cum Diogene eorum duce uiro singulari: hi uigilando & agendo & opportunis locis repugnando urbem quam optime tutabantur. Itaque in longum tempus protracta obsidio est: nec spes ulla gotthis nisi in fame relicta. Durante apud urbem obsidione Vigilus pontifex romanus qui tunc Bizantii erat: cumque eo per multi ab Italia praestantes uiri summo studio Iustinianum precabantur: ut Belisarium cum inestimabili potentia in Italiam remitteret ad obsidionem urbis romae dissoluendam: alioquin res ad manifestam tendere ruinam ostenderent. Haec eadem Godingus uir consularis a pontico. missus orator precabatur. Iustinianus autem sibi curae fore res Italiae respondebat: ceteris differendo ac procrastinando nihil efficiebat. Tandem uero cum acrius infestaretur: Liberiun quemdam ex nobilitate romana Italico bello ducem pronunciauit. Apparatusque faciendis ab initio uehemens fuit. Mox aliis superuenientibus curis intermisit. Itaque irrita expectatione inter moras & apparatus tempus transiit. Roma interea durius obsidebatur. Gotthi enim expugnata

Vigilius pontifex

portuensi urbe: ne quid per tyberī ad obsessos īportari
possēt effecerant. Oppida quoq; finitima urbi fere oīa
in potestātē suā redegerāt: ne qua subsidia inde romā
deferrēt. Sed erat legati & militū īcredibilis diligentia.
Iampridē eīm hęc prāuidētes oīa intra urbē loca quæ
uacua ædificiis erant frumento cōseri fecerant. Ex quo
factū ē ut deficiente uetere frumento nouū ītra pome-
ria natum supueniret: p hūc modum longo tempore
obsidionē ptulerunt. Deniq; seruassent urbem nisi ad
extremū pditio paucorū eos peruertiss&. Ad portā enī
quæ ē uia hostiensi qua ad beati Pauli ecclesiā it' statio
erat militū isauorū. Hi post longā obsidionem questi
inter se quod multorū annorū stipendiis fraudarentur:
simulq; grandia sperantes premia clā ad Totilā pfecti
tradere sibi eam portā cui prāsint paciscūt: tempusq;
& modū ad rem patranda constituant. Cum uero nox
constituta pditioni aduenit Totilas hęc machinatur.
Duabus nauiculis in flumine tyberi dimissis tubicines
īponit: iubens ut aduersū fluuiū nauigantes sub ābitū
muroꝝ penetrēt. Cūq; ibi fuerint: tūc repente clangorē
tubarum q̄teribilem emittant. Ipse uero cum exercitu
silentio profectus nō lōge ab ea porta de qua diximus
cōsedit: oīa successere secūdū Totilæ optata. Tubicines
enim nauiculis aduecti cū ad eū locū uenissent terribili
ac repentino tubarū sonitu romanos pculserunt: hostes
ab ea parte abesse putantes. Et undique ad eum locum
cōcursum est: & qui uigilias circa urbē obibāt eo trepidi
decurrerunt. Dumq; oēs cōcursant ac cætera negligunt
pditores soli relictī porta refracta Totilam & gotthos
intra urbē receperunt: statiq; cædes fieri cœpta ē roma-
norū & militum: Nec iā de resistendo sed de fugiendo
cogitatum. Fugiebāt uero per diuersas maxime portas.

56

Diogenes præfectus quoniam nulla remedia superesse uidebat cum parte militū roma egressus Cētumcellas petere cōtendit. Sed Totilas hoc fore suspicatus (nam cæteris amissis id fere solū relinquebat oppidū) insidias eo itinere collocauerat ī quas insidēs Diogenes magna parte militū amissa ipse grauiter uulneratus uix atque anxie euasit. Erat romæ inter cæteros ductores Paulus ex Cilicia præfectus eqtū turmæ. Is in hac turbulētissia nocte cū per urbē captā pluribus locis prælia iniiss&: tādē ad molē Adriani cum suis equitibus se recepit. Orta demū luce per urbē redundantibus gotthis cū & capitolium & æsquiliæ ac cætera urbis loca iam capta essēt: ad molē tamē Adriani uehementissime pugnabat. Habebat enī Paulus equites quadringentos cū quibus & molē & pontē q iuxta est egregie defēdebat: pugnaq; in ipso ponte cōmissa multos gotthorum occiderat: ac demū ultra potē sūmouerat. Quæ cernēs Totilas suos a pugna reuocauit. Nullo meorū sanguīe mihi cōstet īqt horū interitus. Ego uel sedens istos conficiā: cū nec ipsi nec equi habeant quo in crastinū uitam sustentent. Ita reuocatis a pugna suis & statioibus militū cōtra pontē molēq; positis nullas obsessis molestias inferri iussit. Paulus & equites diē illā totā: & noctē iniecutā absq; cibo cōmorati postridie cōsultabant qd agendum sibi potissimū foret. Erāt qui equorū carnibus sustentandā obsidionem suadebant: hoc rursus cōsiliū horrorem quēdam insoliti cibi habere uidebat. Fugæ uero spem circumfusa gotthorum agmina præcipiebant: restabat deditio. Ea uero plena terroris ac dedecoris erat. Itaq; Paulus suscipiens uerba: Vt cūq; inquit nos uertamus cōmilitones extrema nobis adesse uidetis. Nam fugæ quidem nulla facultas est: circumfuis hostium copiis:

ac nos impigre obseruantibus. Dedi uero gotthis supra
turpitudinē uilitatēq; cōsiliū cruciatus insup excarni-
ficationesq; portēdit. Barbarorum enī s̄auitia simplici
mortis genere contenta esse non solet. Durare uero in
obsidione ac cibo equorū pasci eorū forsitan esset: qui
auxilia sibi uētura expectarent. Nobis autē carentibus
ea spe nulla ratio suadere hanc tolerantiam potest: nisi
uiliissima detractio mortis ceu pueri formidolosi dolore
cōfici malunt q̄ ferro secari. Ego uero dedi hostibus &
tabescere inedia eorum puto qui cor & sanguinem nō
habent. At nobis manu strenuis & praeliorū nō insuetis
gloriosa mors est cōplectenda. Sic enim moriamur ut
sanguine hostium madentes non inulti cadamus. Nec
rideat hostis nostro īteritu: sed fleat: nec iugulū nostrū
præbeamus hosti: sed eius iugulū ferro nostro p̄friga-
mus. Quid enī paucorū annorū accessio nobis p̄desse
cum etsi nunc seruati tamē paulopost simus obituri?
Gloria extendere uitā hoībus potest: natura nō potest.
Ite igit̄ mecum ad gloriosā mortem quā ciues simul &
hostes admirabunt: ac laudibus in cælū p̄petuis ferent.
His dictis incensi equites sese morti deuouerūt. Quare
complexi sese inuicem & osculati certissimo moriendi
p̄posito ad dimicandū se parant. Erat enim consilium
in proximā stationē gotthorū ruere: factaq; permagna
hostiū cæde interire. Quos cū uideret Totilas ad extre-
mū casū parari: ueritus ne hoīum desperatorū conatus
maiorē q̄ p̄ numero cladē gotthis afferret caduceatore
ad eos misso electionē pmisit: Mallēt ne relictis armis
& equis incolumes abire: an oīa retinētes secū militare
æquo iure cū aliis militibus. Ea cum audissent equites
lætati sunt: ac primo sua relinquere: & Bizantiū abire
malebant. Postea uero cogitantes longū iter & insidias

Caduceator

uiaꝝ elegerunt omnes apud Totilam remanere: præter
 Paulum eorum ducem & Mindū Ifauꝝ. Hi duo quia
 natos & uxores domi habebant abire maluerunt: quos
 Totilas uiatico ac cæteris opportunis liberaliter adiu-
 tos Bizantiū remisit. Alios quoq; ex præsidio milites
 quot ad ædes sacras confugerant Totilas iuiolatos esse
 iussit. In urbē uero romā neq; desæuiuit amplius neq;
 desolare illam ut prius fecerat præxit: sed ciues tam ex
 cāpania oppidis q̄ ex cæteris locis studiosissime reuoca-
 uit. Ludosq; equestres ac cætera magnificentiaꝝ opera
 quæ beatis tranquilliq; ciuitatibus fieri consuerunt:
 insigni apparatu romæ edidit: quo ciues bonam spem
 susciperent: ac desiderio urbis allicerent. Aedes quoq;
 uel euerfas uel icēdio prima illa desolatiōe cōflagratas
 restituere ac reparare nixus ē. Deniq; tantū frequētandi
 romā studiū ostendit: quātū prius ostēderat desolādi.
 Hāc tātā uarietatē mutationēq; uolūtatis: alii ex uoto
 apostolis facto puenisse credunt: quorū tēpla euertisse
 uideri poterat cum ciuitatem euertit. Alii ad utilitatem
 opportunitatemq; belli totū referebāt. Alii postulanti
 nuper Totilæ regi francorū filiā in matrimoniū fuisse
 responsū tradunt nō esse Totilā Italiæ regē cū urbem
 romā euerterit: qua infamia permotū ferunt ad urbem
 reparandū animum cōuertisse. Quacūq; deniq; causa
 factum sit restituere ac reparare urbē romā conatus est.
 Post hæc ī Sicilia expeditionē parauit. Cuius rei gratia
 permagnā longarū nauū classē effecit. Addidit etiam
 onerarias naues permultas. Dūq; ea parāt Centūcellas
 quæ una urbs nondum ī potestare suā puenerat mari
 terraq; obsidere cōstituit. Præerat enī ei urbi Diogenes:
 quē nuper fugisse roma ostendimus. Collegerat uero
 manū satis ualidā militū. Cum igit gotthorū exercitus

Cētūcellas adiūss& ac ppe mœnia eius urbis posuiss& castra Totilas ad Diogenem legatis missis: uel pugna decerneret aduersus gotthos uel urbē dederet postula- uit. Nā expectare a Iustiniano auxilium nequaquē eum debere cum romæ rādiu obsessæ nunquē subuenerit: nisi forte existimet illum Cētuncellas pluris facere quā romā. Ad hæc Diogenes respondit quidem pugna decernēdū ī præsentia nō uideri. Dedere uero urbē salua existima- tiōe ac fide sua nō posse: nisi īperatore cōmonefacto: & auxiliis postulatis. Atq; ita cū iusta ac honesta dicere uideret cōuentio quædā fit iter Diogenem & Totilam: nisi Iustinianus īperator certior factus p se uel p aliū opē tulerit: ad cōstitutā diē Centuncellas Diogenē esse traditur. Totilā uero interea molestias nullas inferre debere: p his obseruandis obsides dati. Post ita cōuēta obsidionē Totilas dissoluit: et paratis iam oībus quæ paranda fuerūt ad bellū siciliæ conuersus est. Et naues quidē ad fretū Siculū præsto ibi fore mandauit. Ipse uero pedestri itinere rhegiū usq; profectus eam urbem expugnare adortus est. Præerant urbi Teremundus & Imereus a Belisario dudū ibi collocati. Hi sæpius expu- gnare conatos multis uulneribus gotthos reppulerūt. Quā ob rē desperās Totilas ui posse urbē puicere lēta obsidione ad famē redigere iſtituit. Itaq; manu quadā gotthorū ibi relicta cæterā multitudinē classe ad expu- gnandum tarentū duxit ac faciliter eam urbem cæpit. Transgressus deinde in siciliam cum minora quædam oppida uel ui uel pactione in potestātē suā redegiss& tandē syracusas mari terraq; obsedit. Per idem tempus gotthi quos in picentes aduersus Ioannē & Valerianū missos ostendimus magnis supplementis acceptis ac superiores bello facti Ariminum cepere. Nec procul

rauenna conferto alio proelio ueſꝝ eruloꝝ ducem cum
 oibus copiis interfecerunt: Et qui apud urbē rhegium
 obſidebant. Teremūduſ & Imereuſ deficiēte cōmeatu
 ſeſe ac oppidum gotthis tradiderunt. Hæc ſimul oīa
 ſub unum tempuſ Iuſtiniano nunciata cum & rhegiū
 & tarentum & ariminum capta & tranſitum in ſiciliā
 Totilæ audiſſ&: Attonituſ tot reꝝ motibus Germanū
 patuelē ſuū Italico belloꝝ gotthico ducē ꝑnūciauit:
 magnosque ſubinde apparatus fieri iuſſit. Huiuſ rei
 fama cū in Italiā delata eſſ& hoſteſ cōteruit: & amicos
 ī ſpē maximā erexit. Erat enī Germanuſ uir alti animi
 nec minoris conſilii liberalitate egregia ac ſūma apud
 populos militeſqꝝ grā. Et accidebat hiſ qꝝ Mathafutā
 Theoderici neptē poſt mortem Vitigidis uxoreꝝ accepe-
 rat. Quæ quidē reſ fauoreꝝ gotthorum ſibi plurimum
 cōciliarat. Itaqꝝ ſtatī fama ingēſ maximaqꝝ expectatio
 eiꝝ per Italiā erat. Cum eſſ& iā in Illyrico Germanuſ:
 ſclauinorū genſ tranſmiſſo Danubio romani imperii
 ꝑuincias inuaſit: genſ hominū crudele atqꝝ immane
 qꝝ cū ſe ī macedoniā thraciāqꝝ cōuertiffēt: tantū Iuſti-
 niano metuꝝ intulerūt: ut Germanū iter in Italiā cceptū
 intermittere iuberet. Ea mora interueniente: gotthi per
 Italiā & ſiciliā peruadendi omnia tēpuſ facultateꝝqꝝ
 plurimā habuere. Inter hæc dieſ cōſtituta aduenit: qua
 Diogeneſ Centūcellaſ tradere ꝑmiſerat. Et Totilaſ ad
 eū mittēſ urbem popoſcit. Diogeneſ uero Germanum
 ducem nouiter ꝑræſectū Italiæ belloꝝ allegabat. Ob id
 mutatā cōditionē reꝝ: nec poſſe ſe urbē tradere aſſere-
 bat: cum ipſe Germanuſ rei dominuſ ī itinere exiſtat:
 ac ꝑropediem ſit in Italia futuruſ. Totilaſ in ſicilia ſy-
 racuſaſ obſidebat: exercituſqꝝ gotthoꝝ nullo repugnā-
 te ꝑer uniuerſā ſiciliam diſcurrēſ omnia ꝑrædabatur.

In italia uero rauenna & anchon & hidrūtum & Cen-
tuncellæ cū aliis quibusdā oppidis durabāt ī partibus.
Cetæra oīa gotthi possidebāt: una modo spes homines
sustētabat Germani aduētus quæ & ipsa defecit. Nam
cū uehementer in italia expectaretur morbo correptus
magno cum dolore suorū in illyrico diē obiit. Habebat
Germanus filios duos quos secum in italiam ducebat.
Eos imperator proseq̄ paternū italiæ cœptū mandauit
una cum Ioāne Vitaliani noto iā per italiā duce ipsorū
affine. Nā Ioannes filiā Germani uxore habebat. Itaq̄
Ioannes ac Germani filii exercitum ducentes salonas
puenerūt. Et quoniā hiems erat hibernare illic cōstitue-
runt: primo statī uere rauennā traiecturi. Per hæc ipsa
fere tēpora Liberius a Iustiniano cum classe in siciliam
missus syracusas ingressus ē. Gotthis stationē in portu
habebant: phibere ingressum nequaquā ualentibus. Sed
mox ueritus reorū necessariarū defectum quem suorum
multitudo in urbe obsessa breui tēpore inductura ui-
debat abire cōstituit. Itaq̄ paucis post diebus cū eadē
clade syracusis abiens panormum nauigauit. Inter hæc
Iustinianus mutato rursus pposito Narsetē eunuchū
italico bello ducē præfecit: illiq̄ pecunias & exercitum
large p̄misit. Et Ioanni scripsit ne in italiam traiceret:
sed salonis manens aduentum Narsetis præstolaret̄.
Narfes igit̄ suscepto impigre negocio magnas undiq̄
copias parare instituit: In quibus comparandis gratia
eius ac potentia plurimū adiuuabat. Erat enī arcanorū
īperatoris omnium conscius ac moderator: p̄ magnasq̄
amicitias & cliētelas cum regibus p̄ceribusq̄ barbaro-
rum habebat. Apparatibus factis & copiis in illyrico
sibi adesse iussis cum ipse ingressus iter Philippolim
quæ est in thracia iā p̄ueniss& cōsistendi ac morādi in

ea urbe necessitas incubuit. Hunni siquidem magno exercitu macedoniā thraciāq; ingressi cūcta populabāt ac uias præcluserant. Tandē uero cū pars hunnos una thessalonicā: altera Bizantium petiiss& profectus inde Narfes iter suū psecutus ē. Iā Totilas cognito apparatu hostiū in italiā redierat: Siciliensi autem bello quattuor ex ducibus suis præfectos reliquerat. Ipse quæ opportuna uidebant p italiā p uidebat: ut uero & ipse potentiā suā aduersus gracos ostentaret: ac uice uersa eos iuaderet classē magno nauū longarum numero ī graciā misit: iubēs ut q̄maximo fieri poss& tumultu cūcta popularēt. Ea classis Corcyrā primo ac p̄ximas insulas diripuit. Mox in continentem transgressa per cyprum & acarnaniā & ætoliam cūcta incendiis rapinisque foedauit. Mareque obseruans multa græcorum nauigia quæ in italiā Illyricumque nauigabant excepit: totumque mare infestum & inutile nauigantibus reddidit. Dum hæc p graciā a gotthis gerūtur: Totilas nouo exercitu in picentes misso: anconē terra marique obsideri mādauit. Duces uero præfecit huic expeditiōi tres: Scipuarē & Udilam & Gotthidilū: quibus etiam classē attribuit nauū lōgarū quadragitaseptē. Obsessa igitur ancone ac terra marique oppugnata maximo in periculo ea ciuitas uersabatur: q̄ ob rē Valerianus qui rauēnz præerat quoniam p se ipsū succurrere obsessis desperabat posse Ioannē Vitaliani qui salonis erat: p litteras hortatus est ad opem simul obsessis ferendam: Ioannes uero & si mandatum sibi a Iustiniano fuerat ante Narsetis aduentū in italiā ne traiceret: tamen in tanto sociorū periculo minime sibi quiescendum ratus milites e toto exercitu delectos nauibus decētocto imposuit: pfectusq; salonis rauennam uersus nauigauit.

Ei nauiganti obuiam p̄cessit Valerianus cū .xii. longis
nauibus q̄optime ad pugna structis. Collocuti iter se
duces & quæ optima facti uidebant̄ communi cōsilio
decretis tota simul classe ad hostē nauigarunt. Cumq̄
anconitanæ urbi appropinquassent littori applicuerūt
in loco quē duassū icolæ uocāt. Quod postq̄ senserūt
gotthorū duces & ipsi se ad pugna cōparantes delectis
militibus naues suas cōpleuerunt. Cumq̄ satis structi
paratiq̄ essent p̄gressi aliquanto aduersus hostes sese
pugnæ optulerunt. Erant gotthorū naues quadraginta
septē: Græcorū autē triginta. Duces uero classis græcorū
Ioānes & Valerianus. Gotthorū autē Vlidas & Gotthil-
dus. Nam Scipuar cū reliquis copiis ad tuenda castra
remanerat. Hortati igit̄ utriq̄ suos & ad spē uictoriæ
militari oratione animis militum incensis ex cōposito
cōfluxerant. Statiq̄ initio pugna fuit acerrima: obuiā
cōcurrētibus proris & oī nixu sese mutuo p̄uadētibus:
magnisq̄ utrinq̄ animis res gerebatur. Nec quisq̄ erat
in tāto numero segnis: Sed & sagittis & cōtis & gladiis
tāq̄ i pedestri pugna certabāt. Procedēte uero certamiē
gotthorū classis deteriori loco esse cœpit. Pugnatores
enī q̄uis egregii tamē rex̄ maritimarū experientia non
habentes se ipsos cōturbabāt. Naues quibusdam locis
simul plures cōglobatæ sese mutuo impediēbant. Aliæ
hoc ipsū uitantes separatæ a suorū tutela circūueniebāt
ab hostibus: græcos uero scientia ac disciplina rerum
naualiū plurimum adiuuabat. Seruati ordines nulla
cōglobatio: nulla extra tutelā suorū separatio cōspicie-
batur. Itaq̄ ut par fuit: tādē superiores pugna græci
fuere. Summerſæ aliquot gotthorum naues cum ipsis
pugnatoribus & nautis perierunt. Multæ expugnatae
incredibili cæde capiunt̄. Quod cū uiderēt gotthi fugā

67

demū arripuerunt . Decē tantūmodo gotthorū naues
ītegræ refugerūt ad littus. Cæteræ uel captæ uel sūmersæ
sūt. Viroꝝ autē & ī pꝛælio & ī fuga pluriā strages fuit.
Qui ad terrā refugerāt gotthi crematis cōfesti nauibus
ne illis potiret hostis in castra redierūt. Ibi trepidātibus
cūctis placuit obsidionē dissoluere: Ita pꝛæsertim desertis
castris auximum se receperunt. Ioannes & Valerianus
cū uictrice classe sūma lætitia & īcredibili āconitanorū
gaudio portū ingressi hostiū castra inuadere pꝛæparabāt.
Sed deserta reperiētes oēm cōmeatū q̄ illic erat in urbē
deferri fecerunt. Ipsi autē paucis post diebus abeūtes
Valerianus rauennā: Ioānes salonas reuersi sunt. Hæc
pugna uehementer fregit gotthorum animos & quasi
initiū fuit eorū ruina. Totilas enim hac pꝛæcussus plaga
magnā copiarū partē ex sicilia reuocauit. Itaq; Artaua-
nes Iustiniani dux qui Liberio successerat classēq; ab eo
susceperat potentior pꝛæ siciliā factus, nō solū liberauit
obsidione socios: uerū etiā gotthos pluribus locis per
oppida obsedit. Nec multo post crotoniatis longa ob-
sidione gotthorū laborantes classis græcorū īsperato
superueniens liberauit: ac hostes multa cæde pꝛæfregit.
Fugientiū gotthorū pars tarentū petiit: pars scyllæum
in montē se proximum recepit: quæ quidē res superiori
eladi adiuncta multo magis pꝛæfregit gotthorū animos:
pꝛæsertim cum de aduētū Narsetis in italiam deq; eius
apparatibus multa crebri rumores circumferrent: ac de-
fectiones quædam iam tunc fieri cœptæ sunt aduersus
Totilā. Regnaris quidem uir inter gotthos clarus qui
tarēto pꝛæerat & Morras q̄ acherusiæ cū oppidis quæ
custodiebant & cum militibus qui erāt in pꝛæsidiiis ad
Iustiniani partes trāsuerunt: Et motus qdā in sardinia
aduersus gotthos fieri nunciabat. Cū hæc esset cōditio

regꝝ ꝑ italiā Narses coactis ꝑ hiemē copiis ad iter se
cōparauit. Habebat uero exercitū tātū quantū uix alii
simul oēs duces in italiā hoc bello adduxerāt. Pecuniis
enī abunde a Iustiniano cōcessis ipse etiā in erogando
& largiēdo magnificus nō solū ex thracia & grācia ueꝝ
etiā ex alus locis copias ingentes contraxerat. Nam &
longobardozꝝ supra quinque milia pugnacissimorum
hoiūm Albuino rege concedente suscepit: & eruloꝝ
tria milia ad eū uenerant: Hunnorū quoꝝ multitudo
ingens confluxerat: præterea cumades ꝑsa romanæ
militiæ assuetus cū nō cōtēnenda ꝑsaꝝ manu ad eum
uenerat. Et Assuades pugnacissimus adolescens cum
quingentis bellatoribus gepidarum gentis. Et Ioannes
cognomēto Phagas cū græcorum thracumꝝ exercitu:
præterea Ioānes Vitaliani suum ac filiorum Germani
exercitum illi cōiunxerat. Has igitꝝ copias habēs Narses
ut primū aduentare uer cœpit: ea illyrico ꝑ dalmatiam
& liburniā circuito maris sinu pedestri itinere in italiā
transiit: primoꝝ ingressu in Venetis cōstitit. Duæ erāt
uiæ qbus ex uenetis ꝑficisci cōmode ualeret una secus
adriaticū mare: altera ꝑ mediterraneā regionē: utraqꝝ
difficultates plurimas habere uidebatꝝ. Nā secus mare
athesis stagna facit: quæ pluribus fossis ī mare egerūtꝝ.
Et padus in plura ut ita dixerī flumina diuisis multis
in locis interrumpit iter: locaqꝝ pleraꝝ sunt impedita
ac palustria: ut sine maxia difficultate exercitus traduci
nō possint: et mediterranea regione Teias uir gotthus
cum magnis copiis a Totila ueronā missus transitum
athesis padiqꝝ præcluserat. Hæc enim duo flumina ex
alpibus quæ italiā a gallia & Germania separant dis-
currentia ī mare adriaticum deferuntꝝ. Itaqꝝ ex uenetis
ꝑficiscenti necesse est ea transire uel iuxta maris littus:

61

ubi stagna sunt & paludes pluribus fossis mari egesta:
& padi ora inter rauennā & fossas clodias plura inter
rumpunt: uel a mediterranea regione ubi eadem illa
flumina magna & itegra sunt transmittenda: & si quis
repugnet faciliter prohiberi transitus possit. Cū igitur
ueronæ quæ ciuitas est super atthesi fluuio esset Teias:
haberetq; copias ad prohibendum sufficientes: Narfes
omisso mediterraneo itinere uiam per littus adriatici
maris elegit: quoniam illa hostibus carebat & erat alio
quin breuior. Præfectus ergo p clodianas fossas & adri
aticū agrū pōtibus enauibus ubicūq; flumina & aquæ
iter rumpebāt factis rauennā cum oibus copiis radē pue
nit. Ibi Valerianus et Iustinus duces cum suis insuper
copiis Narseti cōiūgūt. Erāt uero p Italiā ueterani mili
tes p multi qbus stipendia lōgi tpris debebāt: & ob hoc
infēsis mētibus expeditiones obibāt: his oibus Narfes
stipendia persoluit: animosq; illoꝝ sanauit atq; erexit.
His cōficiēdis ac recreādo exercitu nouē diebus rauennā
cōmoratus demū inde mouens romā petere contendit.
Vsdriilas per id tēpus Arimino præerat uir iter gotthos
bello insignis. Is cum in agrū ariminensē peruenissent
prima Narsetis agmina: transitū eoz; ipedire conabat.
Amnis qui præterfluit ariminū ibribus creuerat. Pons
uero super eo amne ita sub ipso oppido consistit ut
faciliter impediatur. Egressus igitur Arimino Vsdriilas
cū ex ulteriori ripa repugnaret: non multi tamen iam
flumen transfisset pugna nō longe a mœnibus oppidi
cōmittit. In qua eruloꝝ quidā eques cōminus pugnās
Vsdrilam occidit: militesq; eius morte ducis conteriti
ī oppidū trepidi refugerūt. Caput Vsdrilæ ad Narsetē
relatum est. Narfes uero lætatus augurio quod primo
ingressu princeps aduersarius a suis interfectus esset:

spe bona plenus iter conficiebat. Licet enim arimini
capiēdi certiffīa facultas adesset & tamē circa id cōmorari
noluit ne tantas copias in obsidiōe unius oppidi disti-
neret. Itaq; ariminū pratergressus iter suum p̄secutus
ē. Totilas uero cognitis his quæ in uenetis gesta fuerūt
& transitu aduentuque Narsetis ad urbem rauennam
intellecto q̄q̄ copiæ suæ fere omnes apud Teiam erant
tamē ip̄e cū Narsete manū cōserere statuit: sed cōmissa
pugna ab hostibus interfectus est. Gotthi quicunque
ex proelio aufugerūt padum amnem transgressi papiæ
& circa ea loca constitere. Ibi cum de nouo gentis duce
cogitarēt: Teias omnium iudicio prælatus rex gotthorū
deligitur: factus per hunc modum rex thesauros quos
Totilas papiæ congefferat ilico suscepit: ac reparare ui-
res: exercitū cogere: arma tribuere: equos largiri & oīa
impigre obire non destitit: Ad francos etiam mittere:
eosq; pellicere in societatem belli. Hæc audiens Narfes
Valerianum cū suis copiis circa padum quasi in custo-
diā esse iussit ne metu dēpto gotthi licentius uagarent̄.
Ipse uero cum reliquo omnium exercitu romā petiit.
In itinere narniā ultro se dedentem suscepit: spoletinis
milites cōcessit qui præsidio sibi forent donec eorum
moenia dudū a gotthis euersa reficerent̄. Misit quoq;
perusiam qui deditioem postularent. Erant perusiæ
duo præfecti militū: Meligedius & Vlithus. Hi discor-
des inter se plurimum differebāt. Meligedius enī dedere
urbem cupiebat: Vlithus uero conscius proditiōis &
cædis quam dudum Cypriani effecerat repugnabat
pœnam meritā reformidans. Ita seditiōe orta Vlithus
interficitur: Perusiaque a Meligedio Narseti traditur.
Narfes post hæc romam profectus urbē obsedit. Cōdi-
tio uero urbis romæ per ea quidem tempora hæc erat.

62

Ciues superioribus calamitatibus afflicti nō admodū multi in urbe uersabant. Solitudo nōnullas uias totas habebat: ædificia pluribus ī locis collapsa: aut cremata cernebantur. Neq; enim Totilas reparationi suffecerat: præfertī ciuibus exinanitis ac maxima ex parte deletis. Itaq; gotthi magnitudinē urbis tueri posse diffisi locū delegerant non magnum iuxta sepulcrū Adriani quem egregie uallo fossaq; munitum ad cætera mœnia coniunxerant. Congestisq; in eum locum rebus suis illo p arce ac præsidio utebant: Nec tamen custodiam urbis deseruerunt sed eā quantum poterant tuebant. Narfes igitur cum expugnare urbem statuis& pluribus simul locis mœnia aggressus est. Cōcurrentes uero ad ea loca gotthi de mœnibus repugnabāt. Dum ista fiunt ac gerunt milites quidem Narsetis remotiora petentes loca cum ibi solitudo ess& scalis mœnia cōscenderunt. Inde clamor factus captam urbem ostēdit: gotthiq; omiſsa defensione alii portuensem urbem fuga petierunt: alii ad sepulcrum Adriani ī arcem se receperunt. Per hunc modū Narfes roma potitus est: Arcē uero tunc obsessā haud multo post tempore pactione recepit. Erant in cāpania nōnulli patricii generis quos propter maiore auctoritatem & gratiam Totilas in urbem redire non passus fuerat: Alii præterea ex ordine senatorio quos ut suspectos gotthi eo miserant. Hos omnes cum filiis & agnatis eorum gotthi interfecerunt: trecentos insup adolescentes romanos Totilas quasi milites delegerat re uera autē obsides abduxerat: & transpadū in expeditionem miserat: qui omnes postq̄ roma in potestatem Narsetis deuenit a gotthis interfecti sunt. Per id tēpus Regnaris qui tarento præerat cum Teiam factū regem francoſq; in societatem uenturos audiss&: pœnitentia

ductus quod ad partes Iustiniani transfisset & ad gotthos redire statuit. Vt uero obsides reciperet suos hæc machinat' ad Macuriū præfectū hydrūti mittit: & auxiliū poscit aduersus gotthorū copias quas contra se uéturas cognouisse simulauit: Macurius autem nihil fraudis suspicatus quinquaginta milites ad eū Tarentū misit: quos Regnaris statim in carcerē cōiecit & Macurio scripsit si milites suos uelit obsides eius quos penes se habebat reddat. Hæc audiēs Macurius cōturbatus est: paucisq; militibus in præsidio hydrunti relictis ipse cum cæteris copiis aduersus Regnaridē profectus ē: Regnaris uero nihil moratus milites quos acceperat omnes occidit: egressusq; tarēto aduersus Macurium proelio cōmisso superat: multisq; suorū amissis in fugam cōmittit: qui cū tarentū redire neqret oībus uiis præclusis acherusiā se recepit. Narses iter hæc portum missis eo copiis obsedit: ac tandem recepit. Post hæc centuncellas eodem modo aggressus in potestatem suā reduxit. Teias uero francoꝝ gentē sollicitare ac in societatem asciscere non cessabat. Et modo pecunias modo participationem dominationis per italiā polliceri: sed franci iam pridem cōstituerant se huiusmodi bello non immiscere. Itaq; gotthorum spes in irritum ceciderunt. Totilas dum uiueret pecunias regias partim papiæ cōgregauerat: partē etiā nō parua cumas in arce seposuerat: eiq; arci fratrem suum præfecerat. Id cum intellexisset Narses partem exercitus misit ad obsidendum cumas: ipse uero cōsistēs reparare urbē ac frequentare conabat'. Ne uero gotthi q; erant trās padum succurrere uel cumis uel aliis locis possent: Ioānem Vitaliani & Filimuntem cum eorum copiis in hetruria cōmorari iussit: qui conatus hostium primi exciperent & retunderēt. At enī Teias ubi sensit

63

cumas obsideri ferre opē cōstituit his qui obsidebant. Profectusque ex oppido papia magnis transuersisque itineribus ad littus superi maris duxit: inde per picentes & marfos in campaniā peruenit. Quod postq̄ Narfes intellexit Ioannem cum exercitu ex hetruria reuocauit. Ipse uero Narfes cū his aliisq; copiis p̄fectus certissio cōfligēdi p̄posito cāpaniam petiit. Vesuius ē cāpaniæ mons per cuius uerticem caligo & flamma quandoque euomitur: in radicibus uero eius montis fontes sunt dulcium aquarum: fluuiusque ab his fit: qui Dracon appellat̄: fert̄ autem nō p̄cul nuceria urbe: habet autē is fluminis latitudiēm exiguam: p̄funditatem uero ita magnā ut neq; pediti neq; equiti sit trāsmeabilis. Circa eum fluuium ābo exercitus cōstituerunt castra habētes: Narfes quidem citra flumen: Teias uero ultra. Medius inter utraq; castra fluens amnis decurrebat. Pōtem qui unicus iungebat ripas gotthi occuparant. Itaq; in eorū potestate erat pugnā uel detractare uel intrare: Duobus mensibus in his locis exercitus commorati sunt. Cum interī cupienti Narseti & suis cōferendi manus nulla facultas esset & tantum ad ripas utriq; uenientes sagittis & telis se plurimum feriebant. Cōmissa sunt etiam per id tempus multa singularia certamina ex prouocatiōe hinc inde facta: transgressiq; pontem gotthorū milites cū Narsetis militibus singulari certamiē depugnabāt. Mare satis erat propinquum: classēq; in mari habebant gotthi: quæ frumentum ceteraq; cōmeatum in littore exponebat: Inde ī castra deferebat̄. Sed postq̄ gotthorū classis proditiōe amissa est: nec āplius mari cōmeatus facultas haberi poterat eo defectu compulsos gotthos necessitas cōpulis castra mouere. Itaq; deserto pōte & circa amnē loco in proximū inde montem quē lacteū

icolæ uocāt abierūt. hos secutus Narfes cū eos iuadere
ppter asperitatē mōtis neqret circa radices eius mōtis
cōfedit. Gotthi autē cū nihilominus ī eo loco penuria
reꝝ premerēt statuerunt proelio decernere: Structaq; de
superiori loco acie hostes nihil tale suspicantes repēte
adorti sunt. Hic nec struendi aciem neq; milites allo-
quendi spacium. cōkursū ē ab hominibus ut fors tulit.
Et quia gotthi relictis equis pedestri acie pugnabant
Narfetis quoq; pedestres occurrerunt. Atrox pugna &
ubiq; cruētissima fuit. Gotthi enī desperatiōe obstinate
certabant: Narfetis uero milites cōscientia multitudis
cedere erubescabant: præsertim cum eos per superiores
dies deserere prima castra cōpulissent: cum in montem
refugos pene obsedissent. His rationibus utriq; incensi
fortiter dimicabant. Nō præteribo ī hac pugna īsigne
Teiæ regis gotthorum factū. Ille enī heroica quadam
fortitudine præditus inter primos pugnatores esse uo-
luit. Erat autem Sagulo armisque egregie conspicuus.
Sinistra scutū dextra pilum quatiebat. Aduersus hunc
congressi plures ab eo interfecti ceciderunt. Itaq; ī eum
tela undequaq; uolitabant. Ille mirabilia fortitudinis
opera edebat uigore aīmi ac robore corporis īcredibili.
Cū tandē in scuto eius permulta pila infixæ cohæsisset:
atq; ob hoc uersare scutum impediret stans ad hostem
cōuersus aliud sibi scutum afferri clamitauit noīatim
uocans armigereꝝ suum a quo scutum afferri iubebat:
Id ubi allatum est priore dimisso scuto nouū assūpsit.
In hac mutatione scuti letaliter uulneratus a uolitāte
telo cum multum sanguinis effunderet nihilominus
fortissime pugnans nunq; pedem rettulit: nunq; frontē
ad suos deflexit: sed in hostē cōuersus cōtinue dimicās
ad extremū in faciem corruit. Erat fere sexta diei hora

